¶ Orationes sacras.



Orationes sacre q̄ per

totū annū in ecclesia cantātur nuper ad plenū collecte summoq; labore & uigilātia de nouo emēdate: pūte & dispuncte Hispali per Petrū nuñez delgado p̄sbyterū. Et insup aliq; q̄ defuerāt addite & q̄ bis terq; q̄terq; legebātur cū suis remissionib⁹ signate ne repetitio generaret fastidiū una cū lectionibus & responsoriis de Iob.

¶ PETRVS NVNEZ DELGADO PRESBITER LECTORIbus & in litterarũ uirtutũq; studiosis adolescẽtib⁹ bene agere & ualere.

NOn audere cãdidi lectores adolescẽtesq; nobilissimi bonarũ artiũ & uirtutũ studiosissimi (dimisis q buſuis aliis opib⁹ a xpiana religione ab horẽtib⁹ in qb⁹ fortasse multo apti⁹ dignoscerẽt qd mei ualerẽt humeri: qd ue ferre recusarẽt ut inqt horati⁹) tãtopere litteras sacras uobis cõmẽdare (qd certus sũ facere) atq; in primitias mei laboris edere: idq; efficere quo nonnulli codices es sacris & ecclesiasticis lr̃is de prõti quã emẽdatissimi de cetero ĩprimãt: nisi cognoscerẽ quãtũ noceat a etnica cõmẽdare. adq; in eisdẽ nimiũ ĩmorari: unde ut idẽ ĩnqt pl⁹ aurire mali est: quã ex te de cerpere fruct⁹. & etiã quãtũ pudeat sacerdotẽ uolumina hec q̃ ad gl'iã capessendã amænissimũ iter prestãt deprauata & librarioꝝ incuria detorta delitescere cũ pcipue ĩ eisdẽ recõdita sit ueritatis cognitio suauissim⁹ animi cib⁹ (ut lactãti⁹ ait) quẽ ĩ uestigare debem⁹. Quapropter uos adolescẽtes hortor: moneoq; necnõ & rogo ꝙ sic studiis ĩcũbatis ut religiõis nõ obliuiscamini. sed partẽ diligẽtie in pfanis depdite lr̃is quoq; sacris capiũdis ĩpẽdatis. Dolẽdũ nãq; est sumopere. ꝙ septẽnis puer sciat qua estate eneas ãniuersariũ patri celebrauerit. quoue ad elisã appulsus sit tpe. Et ꝙ nesciat q̃ tẽpestate saluator nr̃ aduenerit. quoue die ei⁹ aduẽt⁹ celebrat' quis hynus: q̃ epistola: q̃ orõ aut deniq; euãgeliũ de eo cãtatur: ul' q̃ sit eoꝝ uera sẽtentia. Cauete igit' cauete (si xp̃m colitis) ne a scriptura sacra penit⁹ ab horeatis: q̃nquidẽ ego nõ possũ nõ dolere dũ cõspicor: & offẽdo nõnullos uix triũ uocularũ satis fidos ĩterp̃tes: q sctãs lr̃as negẽt pueris subministrãdas. & easdẽ tãquã sordidas aspernẽtur nõ animaduertẽtes. imo poti⁹ ignorãtes de eorũ ad amussim ĩ illis obseruatũ. Et ẽm (qd' de me polliceri possũ) fateor non min⁹ salis atq; leporis ĩ sctis lr̃is eẽ recõditũ. Vbi eni snĩaꝝ & sctissime eruditiõis fertilior ẽ seges? Vbi legẽtiũ animi sctiorib⁹ pceptis ĩbuũt? Vbi Iucũdior rerũ uarietas? q̃ (ut qntilian⁹ ait) aĩos reficit. Vbi laudatio uirtutũ: & uitiorũ acrior ẽ castigatio? Quid multis moror? nil medi⁹ fidi⁹ euãgeliis cãdidi⁹ nil facili⁹. nil simpliti⁹ magisq; manifestariũ minusq; fucatũ: ueluti q̃ oĩ creature sum⁹ illi sator rerũ optim⁹ maximusq; uoluerit pdicãda. Quo circa uos adolescẽtes dilectissimi quos uite & uirtutis optĩa ĩdoles uenustat morũq; decẽtia atq; studioꝝ auspicat⁹ nõ obscure illustrat: acqescite dictis meis & si accepistis hymnos a qb⁹ nõ ab re optimũ duxi auspicari: expectatisq; sacroꝝ doctoꝝ homilias ĩ euãgelia dñicalia: necnõ & epistolas bti pauli nõ exiguo labore a nobis iã iã edẽdas. suscipi te ĩteri orõnes sacras q̃ p totũ ãnũ ĩ eccl'ia cãtãtur: q̃s sũmo labore & uigilãtia ad plenũ collexi & qa nõ erat dign⁹ uidice nod⁹ ut egerẽt expositione easdẽ tãtũmõ mẽdoꝝ cumulo detortas emẽdaui. pũxi & dispũxi. & ĩsup aliq̃s q̃ defuerãt a ddidi. & q̃ bis terq; q̃terq; legebãtur (ne repetitio eẽt onerosa) cũ remissionib⁹ assignaui. Quod si facitis nõ parũ uobis expediet. efficietisq; ut hilari uultu atq; exporrecto fronte ur̃e utilitatis gr̃a maius op⁹ aggrediar: quod & auctoritate: & ingenii mei uiribus fortasse sit magis dignũ. Valete sexto idus maias anni. M.D.XIIII.

DOMINICA PRIMA AD uentus. Oratio.

EXcita q̃s dñe potẽtiam tuã & ueni: ut ab iminẽtibus peccatoꝝ nr̃orũ periculis te mereamur protegẽte eripi: te liberãte saluari. Qui uiuis. Sacra.

Hec sacra nos dñe potenti uirtute mũdatos ad sui faciãt puriores ueni re pricipiũ. Per dñm. Post commu.

Suscipiamus dñe misericordiã tuã in medio templi tui: ut reparationis nostre uentura solemnia congruis honoribus precedamus. Per.

¶ Dominica secunda. Oratio.

EXcita dñe corda nr̃a ad preparandas unigeniti tui uias ut per eius aduẽtum purificatis tibi mẽtibus seruire mereamur. Qui tecũ uiuit. Sacra.

Placare quæsumus domine humiliatis nostre precibus & hostiis: & tibi nulla suppetunt suffragia meritorum: tuis nobis succurre pręsidiis. Per dominum. Post commu.

Refecti cibo spiritualis alimonię supplices te domine deprecamur: ut huius participatione mysterii doceas nos terrena despicere & amare celestia. Per dominum nostrum.

¶ Dominica tertia. Oratio.

AVrem tuam q̃sumus domine p̃cibꝰ nostris accõmoda & mẽtis nostre tenebras gratia tue uisitationes illustra. Qui uiuis. Sacra.

Deuotionis nostre tibi quæsumus dñe hostie ingiter immolẽtur: quæ & sacri peragãt instituta mysterii: & salutare tuũ nobis mirabiliter operentur. Per dominum. Post com.

Imploramus domine clementiam tuam: ut hęc diuina subsidia a uitiis ezpiatos ad festa uẽtura nos præparent. Per dominum nostrum.

¶ Feria quarta quattuor temporum. Oratio.

PResta quæsumus omnipotens deus ut redemptionis nr̃e uentura solennitas: & pręsentis uite nobis subsidia cõferat & eterni beatitudinis premia largiatur. Per dominũ nostrum. Oratio.

Festina q̃s domine ne tardaueris & auxilũ nobis supne uirtutis impẽde: ut aduentus tui consolationibus subleuentur: qui in tua pietate confidunt. Qui uiuis. Sacra.

Accepta tibi sint domine quæsumus nostra ieiunia: que & expiando nos tua gratia dignos efficiant: & ad promissa sempiterna perducant. Per dominum. Post commu.

Salutaris tui domine munera satiati supplices dep̃camur: ut cuius letamur gustu renouemur effectu. per dominum nostrum.

¶ Feria sexta. Oratio.

EXcita q̃s dñe potẽtiã tuã & ueni: ut hi qui in tua pietate cõfidunt: ab oĩ citius aduersitate liberẽtur. Qui uiuis. Sacra.

Muneribus nostris q̃s domine pręcibusq; susceptis: & celestibꝰ nos mũda mysteriis: & clementer exaudi. Per dominum. Post commu.

Tui nos domine sacramenti libatio sancta restauret: & a uetustate purgatos: in mysterii salutaris faciat transire consortium. Per dñm.

¶ Sabbato. Oratio.

Deus qui conspicis quia ex nostra prauitate affligimur: cõcede propitius: ut ex tua uisitatione cõsolemur. Qui uiuis. Oratio.

Concede quæsumus omnipotens deꝰ: ut qui sub peccati iugo ex uetusta seruitute deprimimur: expectata unigeniti tui noua natiuitate liberemur. Per eundem. Oratio.

Indignos nos quæsumus domine famulos tuos quos actionis proprie culpa contristat: unigeniti filii tui aduentum letifica. Qui te. Orõ.

Presta q̃sumus omnipotens deus ut filii tui uentura solẽnitas: & presentis nobis uite remedia conferat & premia eterna concedat. Per eũdem. Oratio.

Preces populi tui quæsumus domine clementer exaudi: ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur: pietatis tue uisitatione consolemur. Qui uiuis. Oratio.

Deus q̃ tribꝰ pueris mitigasti flammas igniũ: concede ꝓpitius: ut nos famulos tuos non exurat flãma uitiorum. Per dominũ. Sacra.

Sacrificiis p̃sentibus domine quæsumus placatus intende: ut & deuotioni nostre proficiat & saluti. Per.

Post cõmunio.

Quæsumus domine deus noster: ut sacro sancta mysteria q̃ pro reparationis nostre munimine contulisti: & p̃sens nobis remediũ esse facias & futurum. Per dominum.

¶ Dominica .iiii. Oratio.

Excita domine potentiam tuã & ueni & magna nobis uirtute succurre: ut per auxiliũ gratie tue quod nostra peccata prepediunt: indulgentia tue propitiationis acceleret. Qui uiuis. Sacra.

Sacrificiis presentibus do. Require supra in sabbato.

Post cõmunicanda.

Sumptis q̃s domine muneribus: ut cum frequentatione mysterii crescat nr̃e salutis effectus. Per dñm.

¶ In uigilia natalis dñi. Oratio.

Deus qui nos redemptionis nostre annua expectatione letificas: presta ut unigenitum tuum quẽ redemptorem leti suscepimus: uenientem quoq; iudicem securi uideamus dominum nostrum. Qui tecum uiuit. Sacra.

Da nobis quæsumus omnipotens deus ut sicut adoranda filii tui natalitia pręuenimus: sic eius munera capiamus sempiterna gaudentes. Qui tecum uiuit. Post cõmu.

Da nobis dñe quæsumꝰ unigeniti filii tui resensita natiuitate respirare: cuius celesti mysterio pascimur & potamur. Per eundem dominũ.

¶ Ad gallicantum. Oratio.

Deus qui hanc sacratissimam noctẽ ueri luminis fecisti illustratione clarescere: da quæsumus ut cuius lucis mysteria in terra co-

gnouimus: eius quoque gaudiis in cę lo perfruamur. Per dnm. Sacra.

Accepta tibi sit quęsumus domine hodierne festiuitatis oblatio: ut tua gratia largiente: per hęc sacro sancta cōmertia: in illius inueniamur forma: in quo tecum est nostra substantia. Qui tecum. Post commu.

Da nobis quæsumus domine deus noster: ut qui natiuitatem domini nostri iesu christi nos frequentare gaudemus: dignis conuersationibus ad eius mereamur peruenire cōsortium. Qui tecum uiuit.

¶ In luce. Oratio.

DA quæsumus omnipotēs deus: ut qui noua incarnati uerbi tui luce perfundimur: hoc in nostro reple̅deat opere quod per fidem fulget in mente. Per eundem dominum nostrum. Oratio.

Da quæsumus omnipotens deus: ut qui beate anastasie martyris tue solennia colimus: eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominum nostrum. Sacra.

Munera nr̄a q̄s dn̄e natiuitatis hodierne mysteriis apta proueniāt: ut sicut hō genitus idē refulsit deus: sic nobis hęc terrena substātia cōferat quod diuinum est. Per eūdē. Sacra.

Accipe quæsumus domine munera dignanter oblata: & beate anastasie suffragantibus meritis ad nr̄e salutis auxiliū peruenire concede. Per dominum nostrum. Post cō.

Huius nos dn̄e sacramenti semper nouitas natalis instauret: cuius natiuitas singularis humanam repulit uetustatem. per eun. Post cōmu.

Satiasti dn̄e familiā tuā muneribus sacris: eius q̄s interuentione nos refoue: cuius solēnia celebramus. per dn̄m nr̄m. ¶ In die. Oratio.

COncede q̄sumus omnipotens deus: ut nos unigeniti tui noua per carnē natiuitas liberet: quos sub peccati iugo uetusta seruitus tenet. Per eundem. Sacra.

Oblata domine munera noua unigeniti tui natiuitate sanctifica: nosque a peccatorū nostrorū malis emūda. per eundem. Post commu.

Presta quæsumus omnipotens deus: ut natus hodie saluator mundi sicut diuine nobis generationis est auctor: ita & immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum uiuit.

¶ Dominica infra octauas natalis domini. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus: dirige actus nostros in beneplacito tuo: ut in nomine dilecti filii tui mereamur bonis operibus abūdare. Per eundem. Sacra.

Cōcede quesumus domine ut oculis tue maiestatis munus oblatum: gratiam nobis deuotionis obtineat: & effectū beatę perhennitatis acquirat. per dominum. Post cōmu.

Per huius dn̄e operationē mysterii: & uitia nostra purgentur: & iusta desideria compleātur. per dominum.

¶ In die circuncisionis. Oratio.

DEus qui nos nati saluatoris diem celebrare cōcedis octa-

uum fac nos quæsumus eius perpe/tua diuinitate muneri: cuius sumus carnali cõmercio reparati. Qui te/cum uiuit. Sacra.

Presta quæsumus domine: ut per hec munera que domini nostri iesu christi archane natiuitatis mysterio gerimus: purificate mẽtis intelligẽ/tia cõsequamur. Per eun. Post cõ.

Presta q̃s domine: ut quod saluato/ris nostri iterata festiuitate percepi/mus: perpetue nobis redemptionis conferat medicinam. Per eumdem.

¶ In uigilia epiphanię dñi. Oratio.

Corda nr̃a q̃s domine uenture festiuitatis splendor illustret: quo mũdi huius tenebris carere ua/leamus: & perueniamus ad patriam claritatis eterne. Per. Sacra.

Tribue quæsumus domine ut eum presentibus immolemus sacrificiis & sumamus: quem uenture solẽni/tatitis pia munera prȩloquũtur. Do minum nostrum. Post commu.

Illumina quæsumus domine po/pulum tuum: & splẽdore gratie tue cor eius semper accende: ut saluato/rem suum & incessanter agnoscat: & ueraciter apprehẽdat iesum chri/stum filiũ tuum. Qui tecũ uiuit &.

¶ In die epiphanię. Oratio.

Deus qui hodierna die unigeni tum tuum gẽtibus stella du/ce reuelasti: concede propitius: ut q iam te ex fide cognouimus: usq; ad contemplandam speciem tue celsi/tudinis perducamur. Per eundem dominum nostrum. Sacra.

Ecclesie tue quæsum⁹ domine do/na propitius intuere: quibus non iã aurum thus & myrrha profert: sed quo eisdem muneribus declaratur immolator: & sumitur. Per domi/num nostrum. Post cõmu.

Presta q̃s omnipotens deus: ut que solemni celebramus officio: purifi/cate mentis intelligentia cõsequa/mur. Per dominum. ¶ Dominica infra octauas epiphanię. Oratio.

Uota quæsum⁹ domine suppli/cantis populi cęlesti pietate ꝓ/sequere: ut & quę agenda sunt uide/ant: & adimplenda que uiderint cõ/ualescant. Per dominum. Sacra.

Oblatum tibi domine sacrificium uiuificet nos semper & muniat. Per dominum nostrum. Post commu.

Supplices te rogamus omnipotens deus: ut quos tuis reficis sacramẽtis: tibi etiam placitis moribus dignan/ter deseruire concedas. per dominũ.

¶ In octauis epiphanię. Oratio.

Deus cuius unigenit⁹ in substan/tia nostre carnis apparuit: pre/sta quæsumus ut per eum quẽ simi/lem nobis foris agnouimus intus re formari mereamur. Qui tecum ui/uit & regnat. Sacra.

Hostias tibi domine pro nati filii tui apparitione deferimus: supplci/ter exorantes: ut sicut ipse nostrorũ auctor est munerũ: ita ipse sit mise/ricors & susceptor iesus christus do/minus noster. Qui tecum. Post cõ.

Celesti lumine q̃s domine semp & ubiq; nos preueni: ut mysterium cu/

ius nes participes esse uoluisti: & puro cernamus intuitu: & digno percipiamus effectu. Per dominum.

ℭ Dominica secunda post octauas epiphanię. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus qui cęlestia simul, & eterna moderaris: supplicationes populi tui clemẽter exaudi: & pacem tuam nostris cõcede temporibus. Per dominum nostrum. Sacra.

Oblata domine munera sanctifica nosq; a peccatorũ nostrorum maculis emunda. Per dominum nostrũ. Post comunicanda.

Augeatur in nobis dñe q̃s tue uirtutis operatio: ut diuinis uegetati sacramentis: ad eorum promissa capienda tuo munere preparemur. p. dominum nostrum.

ℭ Dominica tertia. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: infirmitatem nostram propitius respice: atq; ad protegendum nos dexteram tue maiestatis extende. Per dominum. Sacra.

Hec hostia domine q̃sumus emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum subditorũ tibi corpora mentesq; sanctificet. p. Post cõ.

Quos tantis domine largiris uti mysteriis: quæsumus & effectibꝰ eorum ueraciter aptare digneris. Per. dominum nostrum.

ℭ Dominica quarta. Oratio.

Deus qui nos in tantis periculis constitutos ꝓ humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis & corporis: ut ea quę pro peccatis nostris patimur: te adiuuante uincamus. Per dominum nostrum. Sacra.

Concede quæsumus omnipotens deus: ut huius sacrificii munus oblatum fragilitatem nostram ab omni malo purget semper & muniat: Per dominum. Post cõmu.

Munera tua nos deus delectationibus terrenis expediant: & celestibus semper instruant alimentis. Per dominum nostrum.

ℭ Dominica quinta. Oratio.

Familiam tuam q̃s domine cõtinua pietate custodi: ut quæ in sola spe gratię cęlestis innititur: tua semper protectione muniatur. Per dominum nostrum. Sacra.

Hostias tibi domine placationis offerimus: ut & delicta nostra miseratus absoluas: & nutantia corda tu dirigas. Per dominum. Post cõ.

Quæsumus omnipotens deus: ut illius salutaris capiamꝰ effectũ: cuiꝰ ꝑ hęc misteria pignus accipimus. p.

ℭ Dominica sexta. Oratio.

Conserua q̃s domine populum tuum: & nomini tuo fac deuotum: ut diuinis subiectus officiis & temporaliter uiuat: & eterna dona percipiat. Per dominum. Sacra.

Hec nos oblatio quæsumus domine mundet: & renouet: gubernet: & protegat. Per. Post cõmu.

Cęlestibus pasti deliciis q̃s dñe: ut semper uiuendo per q̃ ueraciter uiuamus appetamus. Per dominum.

¶ Dñica in septuagesima. Oratio.

PReces populi tui quæsum⁹ domine clementer exaudi: ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur pro tui nominis gloria misericorditer liberemnr. Per. Sacra.

Muneribus nostris. Require supra feria. vi. iiii. temporum.

Post communicanda.

Fideles tui deus per tua dona firmētur: ut eadē percipiēdo requirāt: & querēdo sine fine percipiāt. Per.

¶ Dñica in sexagesima. Oratio.

DEus qui conspicis quia ex nulla nr̃a actione confidim⁹: cōcede propicius: ut contra aduersa omnia doctoris gentium ꝓtectione muiamur. Per dominū. Sacra.

Oblatū. Require supra dñica infra octauas epiphanię. Post cōmu.

Suplices te. Require ibidem.

¶ Dñica in quinq̄gesima. Oratio.

PReces nr̃as quæsumus domine clemēter exaudi: atq; a peccatorum uinculis absolutos: ab omni nos aduersitate custodi. Per dominum nostrum. Sacra.

Hęc hostia dñe Reqre supra dominica. iii. post epiphaniam.

Post communicanda.

Quæsumus omnipotens deus: ut qui celęstia alimenta precepimus: per hec contra omnia aduersa muniamur. Per dominum nostrum.

¶ Feria. iiii. in capite ieiunii. Oratio.

PResta domine fidelibus tuis: ut ieiuniorum uenerāda solennia & congrua pietate suscipiant: & secula deuotione percurrant. Per dominum nostrum. Sacra.

Fac nos quæsumus domine his muneribus offerendis conuenienter aptari: quibus ipsius uenerabilis sacramenti celebramus exordium: Per dominum nostrum.

Post comunicanda.

Percepta nobis domine prebeant sacramēta subsidiū: ut & tibi grata sint nostra ieiunia: & nobis proficiant ad medelā. Per. Oratio.

Inclinātes se domine maiestati tue propitius intende: ut qui diuino munere sunt refecti: celestibus semper nutriantur auxiliis. Per dominum.

Super populum. Oratio.

¶ Feria quinta. Oratio.

DEus qui culpa offenderis: penitentia placaris: preces populi tui suplicantis propitius respice: & fagella tue iracūdie q̄ pro peccatis nostris iuste meremur auerte. Per dominum nostrum. Sacra.

Sacrificiis. Require supra in sabbato quattuor tēporum. Post cō.

Celestis doni benedictione percepta: supplices te deus omnipotens deprecamur: ut hoc idē nobis & sacramenti causa sit & salutis. per.

Super populum. Oratio.

Parce domine parce populo tuo: ut dignis flagelationibus castigatus in tua miseratione respiret. Per.

¶ Feria sexta. Oratio.

INchoata ieiunia quæsumus domine benigno fauore prosequere: ut obseruantiam quam corpora

liter exibemus: mentibus etiam sinceris exercere ualeamus. Per dominum nostrum. Sacra.

Sacrificium domine obseruantie paschalis offerimus: presta quæsumus ut & tibi mentes nostras redat acceptas: & continentie promptioris nobis tribuat facultatem. Per dominum nostrum. Post cōmu.

Spiritum nobis domine charitatis infunde. ut quos uno celesti pane saciasti: tua facias: pietate concordes. Per dominum. in unitate eius. Super populum. Oratio.

Tuere domine populum tuū: & ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit auersitas si nulla dn̄etur iniquitas. Per dn̄m.

¶ Sabbato. Oratio.

ADesto domine supplicationibus nostris & concede: ut hoc solēne ieiunium quod animis corporibusq; curandis salubriter institutum est: deuoto seruitio celebremus. Per dominum. Sacra.

Prepara nos quæsumus dn̄e huius abstinentiȩ festiuis officiis: ut hȩc sacrificia uenerāda sobriis semper mētibus celebremus. per. Post cō.

Celestis uite munere uegetati: quȩsumus domine: ut quod est nobis in presenti uita mysterium fiat eternitatis auxilium. Per. Super populum. Oratio.

Fac nos quæsum⁹ dn̄e salutis nostre causas: & deuotis semp frequentate seruitiis: & deuotione recolere ꝑncipaliter inchoatas. per dn̄m.

¶ DOMINICA PRIMA in quadragesima. Orō.

DEus qui ecclesiam tuam annua quadragesimali obseruatione purificas: presta familie tue: ut quod a te obtinere Abstinēdo nititur: hoc bonis operib⁹ exequatur. Per dominum. Sacra.

Sacrificium quadragesimalis initii solēniter immolamus: te domine depcantes: ut cū epularū restrictione carnalium: a noxiis quoq; uoluptatibus temperemur. p. post cō.

Tui nos domine. Require supra feria. vi. quattuor temporum.

¶ Feria secunda. Oratio.

COnuerte nos de⁹ salutaris noster: & ut nobis ieiunium quadragesimale proficiat: mentes nr̄as celestibus instrue disciplinis. Per dominum. Sacra.

Munera dn̄e oblata sc̄tifica: nosq; a peccatorū nostroꝝ maculis emūda. per dominum. Post cōmu.

Salutaris tui dn̄e. Require supra. feria. iiii. quattuor temporum.

Super populum. Oratio.

Absolue quæsumus dn̄e nr̄orū uincula peccatorū: & qcquid ꝑ eis meremur propitius auerte. Per dn̄m.

¶ Feria tertia. Oratio.

REspice dn̄e familiā tuā & p̄sta ut apud te mēs nostra tuo desiderio fulgeat: que se carnis maceratione castigat. Per. Sacra.

Oblatis quæsumus domine placare muneribus: & a cunctis nos defende periculis. Per. Post commu.

Quæsumus omnipotens deus: ut illius salutaris capiamus effectum cuius per hęc mysteria pignus accepim⁹.p. Super populū. Oratio.
Ascendāt ad te preces nr̄e: & ab ecclesia cūctā rcpelle nequitiā. Per.
Feria quarta. Oratio.
Preces nostras quæsumus dn̄e clemēter exaudi: & contra cūcta nobis aduersantia dexteram tue maiestatis extende.p. Oratio.
Deuotionem populi tui quæsum⁹ dn̄e benignus intēde: ut qui per abstinentiā maceratur in corpore: per fructū boni operis reficiatur in mente. Per dominum. Sacra.
Hostias tibi. Require supra in dominica quinta. post cōmu.
Tui dn̄e perceptione sacramenti & a nostris mundemur occultis: & ab hostiū liberemur insidiis. Per dn̄m.
Super populum. Oratio.
Mentes nostras quæsumus dn̄e lumine tue claritatis illustra: ut uidere possimus quæ agēda sunt: & quæ recta sunt: agere ualeamus.p.
Feria quinta. Oratio.
Deuotionē pupuli tui q̄sumus domine benignus intende: ut qui per abstinētiam macerantur in corpore: per fructum boni operis reficiantur in mente. Per. Sacra.
Sacrificia dn̄e quæsumus propēsius ista nos saluent: quę medicinalibus sunt instituta ieiuniis.p. Post cō.
Tuorū nos domine largitate donorū: & temporalibus attolle presidiis & renoua sempiternis. Per dn̄m.
Super populnm. Oratio.
Da quæsumus dn̄e populis xp̄ianis: & quę profitentur agnoscere: & cæleste munus diligere quod frequētant. Per dn̄m nostrum.
Feria sexta. Orario.
Esto dn̄e propitius plebi tue: & quā tibi facis esse deuotam: benigno refoue miseratus auxilio. per dominum nostrum. Sacra.
Suscipe quæsum⁹ dn̄e munera nostre oblata seruitutis: & tua propitius dona sanctifica.p. Post cōmu.
Per huius dn̄e. Requiere supra dn̄ica infra octaua.nata.dn̄i.
Super populum. Oratio.
Exaudi nos misericots de⁹: & mentibus nostris gretie tue lumē ostende.per dominum nostrum.
Sabbato. Oratio.
Populum tuū domine q̄sumus propitius respice: atq; ab eo flagella tue iracundie clementer auerte. Per dominum. Oratio.
Deus q nos in tātis periculis. Require supra dn̄ica.iiii.post epi. Orō.
Protector noster aspice deus: ut q malorum nostrorum pondere premimur precepta misericordia: libera tibi mente famulemur.p. Orō.
Adesto quæsumus dn̄e supplicationib⁹ nostris: ut esse mereamur te largiente: & inter prospera humiles & inter aduersa securi.p. Oratio.
Preeces populi. Require supra dn̄ica in septuagesima. Oratio.
Deus qui tribus pueris. Reqre supra ī sabbato q̄ttuor tēporū. Sacra.

Presentibus sacrificiis domine ieiunia nña sanctifica: ut quod obseruantia nostra profitetur extrinsecus: interius operetur. Per dominum nostrum. Post comm.
Sãctificationibus tuis omnipotens deus: & uitia nostra curentur: & remedia nobis eterna proueniãt. Per dominum nostrũ. Super populum.
Familiam tuam quæsumus dñe propiti⁹ illustra: ut bene placitis moribus inherendo: cuncta que bona sunt mereantur accipere. Per dñm.
¶ Dñica secunda. Oratio.
Deus qui conspicis omni nos uirtute destitui interius exteriusq; custodi: ut & ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpore: & a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per. Post com.
Sacrificiis p̄sentibus. Reqre supra in sabbato quattuor tẽpoꝝ. Sacra.
Supplices te rogamus. Require supra dñica infra octauas epiphaniȩ.
¶ Feria secunda. Oratio.
Presta quæsumus omnipotens deus: ut familia tua q̃ se affligẽdo carnem ab alimentis abstinet: sectando iusticiam culpa ieiunet. Per. dominum. Sacra.
Hȩc hostia domine placationis & laudis: tua nos propiciatiõe dignos efficiat. Per dominum nostrum iesum christum. Post commu.
Hȩc nos communio domine purget a crimine: & cȩlestis remediis faciat esse consortes. Per dominum.
Super populum. Oratio.
Adesto supplicationibus nr̃is omnipotens deus: & quibus fiduciam sperande pietatis indulges: consuete misericordie tribue benign⁹ effectum. Per dominum.
¶ Feria tertia. Oratio.
Perfice quæsumus domine benignus in nobis obseruantiȩ sanctȩ subsidium: ut quȩ te auctore facienda cognouimus: te operãte impleamus. p. Sacra.
Sanctificationẽ tuam nobis domine his mysteriis placatus operare: quȩ nos & a terrenis purget uitiis: & ad cȩlestia dona perducat. Per dominum nostrum iesum. Post com.
Ut sacris domine reddamur digni muneribus: fac nos quæsumus tuis semper obedire mandatis. Super populum. Oratio.
Propiciare dñe supplicatiõibus nostris: & animarum nostrarum medere langoribus: ut remissione p̄cepta in tua semp bñdictiõe letemur. per.
¶ Feria quarta. Oratio.
Populũ tuũ dñe propitius respice: & quos ab escis carnalibus precipis abstinere: a noxiis quoq; uitiis cessare concede. p. Sacra.
Hostias domine quas tibi offerim⁹ propitius respice: & per hȩc sancta cõmertia uincula peccatorum nostrorum absolue. Per. Post cõ.
Sumptis domine sacramentis ad redemptionis eterne quæsumus p̄ficiamus augmentum. Per dominũ.
Super populum. Oratio.
De⁹ innocẽtie restitutor & amator

dirige ad te tuorũ corda seruorum ut spiritus tui feruore concepto: & in fide inueniãtur stabiles: & in opere efficaces. Per dominũ. in unitate eiusdem. ℂ Feria quinta. Oratio.

PResta nobis dñe quæsum⁹: auxilium gratię tue: ut ieiuniis & orationibus conuenienter intenti: liberemur ab hostibus mẽtis & corporis. Per dominum. Sacra.

Presenti sacrificio nomini tuo nos domine ieiunia dicata sanctificent ut quod obseruantia nostra profitetur exterius: interius operetur effectus. Per dominum. Post commu.

Gratia tua nos quæsumus domine non derelinquat: quę tuam nobis opem semper acquirat. Per dñm. Super populum. Oratio.

Adesto domine famulis tuis & perpetuam benignitatem largire poscẽtib⁹: ut his q te auctore & gubernatore gloriãtur: & congregata restaures & restaurata cõserues. Per. ℂ Feria sexta. Oratio.

DA quæsumus oipotens deus: ut sacro nos purificante ieiunio: sinceris mentibus ad sancta uentura facias peruenire. Per. Sacra.

Hęc in nobis sacrificia de⁹ & actione permaneant & operatione firmẽtur. Per dominum. Post commu.

Fac nos quęsumus dñe accepto pignore salutis eterne: sic tendere cõgruenter: ut ad eam peruenire possimus. Per. Super populum. Oratio.

Da quęsumus domine populo tuo salutem mẽtis & corporis: ut bonis operibus inherẽdo: tue semper uirtutis mereatur ptectiõe deffendi. p. ℂ Sabbato. Oratio.

DA quæsumus domine nostris effectũ ieiuniis salutarẽ ut castigatio carnis assumpta ad nostrarum uegetationem transeat animarum. Per dominum. Secreta.

His sacrificiis dñe concede placatus: ut qui propriis oramus absolui delictis nõ grauemur externis. Per dominum. Post commu.

Sacramẽti tui domine diuina libatio penetralia nostri cordis ĩfundat: & sui participes potẽter efficiat. Per. Super populum. Oratio.

Familiam tuã. Require supra dominica. v. post epiphaniam.

ℂ Dominica tertia. Oratio.

QVæsumus omnipotẽs de⁹ uota humiliũ respice: atq; ad defensionem nostrã dexterã tue maiestatis extende. Sacra.

Hęc hostia dñe. Require supra in dñica. iii. post epiphaniam. Post cõ.

A cunctis nos domine reatibus & periculis propiciatus absolue: quos tãti mysterii tribuis esse pticipes. p. ℂ Feria secunda. Oratio.

COrdibus nostris quæsum⁹ domine gratiam tuam benignus infunde: ut sicut ab escis corporalibus abstinemus ita sensus quoq; nostros a noxiis retrahamus excessibus. Per dominum nostrum. Sacra.

Munus quod tibi domĩe nostre seruitutis offerimus: tu salutare nobis

perfice sacramentum. Per dominum. Post cõ.
Presta q̄sumus omnipotens & misericors de⁹: ut que ore contigimus pura mente capiam⁹. Per dominũ.
Super populum. Oratio.
Subueniat nobis dñe misericordia tua: ut ab imminentibus peccatorũ nostrorum periculis: te mereamur ꝓtegẽte eripi te liberãte saluari. p.
¶ Feria .iii. Oratio.
Exaudi nos omnipotens & misericors deus & continentie salutaris propicius nobis dona concede. per dominum. Sacra.
Per hec ueniat quæsumus dñe sacramẽta nostre redẽptionis effectus qui nos & ab humanis retrahat excessibus: & ad salutaria cuncta perducat. per dominum. Post cõ.
Sacris dñe mysteriis expiati & ueniam consequamur & gratiã. Per.
Super populum. Oratio.
Tua nos dñe ꝓtectione defende: & ab oĩ semper iniqtate custodi. Per.
¶ Feria .iiii. Oratio.
Presta nobis dñe quesumus: ut salutarib⁹ ieiuniis eruditi. a noxiis quoq; uitiis abstinentes: propiciationem tuam facilius impetremus. per dominum. Sacra.
Suscipe quæsumus domine preces populi tui cũ oblationibus hostiarũ & tua mysteria celebrãtes: ab oĩbus nos defende ꝑiculis. Per. Post cõ.
Sanctificet nos domine qua pasti sumus mensa celestis: & a cunctis erroribus expiatos: supernis promissionibus reddat acceptos. per.
Super populum. Oratio.
Concede quæsumus omnipotens de⁹: ut qui protectionis tue gratiam querimus: liberati a malis omnibus secura tibi mente seruiamus. per.
¶ Feria quinta. Oratio.
Concede quæsumus omnipotẽs de⁹: ut ieiuniorũ nobis sancta deuotio: & purificationẽ tribuat: & maiestati tue nos reddat acceptos. per. Sacra.
Efficiatur hec hostia quesumus domine solemnibus grata ieiuniis: & ut tibi fiat acceptior: purificatis mentibus imoletur. per. Post cõ.
Sacramenti tui domine uenerãda perceptio: & mistico nos mundet effectu: & perpetua uirtute deffendat. Per dñm. Super populũ. Oĩo.
Subiectum tibi populum q̄s dñe ꝓpiciatio celestis amplificet: & tuis faciat semper seruire mãdatis. Per.
¶ Feria .vi. Oratio.
Ieiunia nostra quæsum⁹ domine benigno fauore prosequere ut sicut ab alimentis abstinemus in corpore: ita & a uitiis ieiunemus in mente. per dominum. Sacra.
Respice dñe propitius ad munera q̄ sacramus: ut tibi grata sint & nobis salutaria sẽper existãt. p. Post cõ.
Hui⁹ nos dñe perceptio sacramẽti mundet a crimine & ad celestia regna perducat. Per dñm. Super populum. Oratio.
Presta quæsumus omnipotens deus: ut qui in tua protectione con

fidimus: cuncta nobis aruersantia te adiuuante uincamus. Per.

Sabbato. Oratio.

PResta quæsumus omnipotens deus: ut qui se affligendo carnē ab alimentis abstinent: sectando iustitiam a culpa ieiunēt. Per. Sacra.

Concede quæsumus omnipotens deus: ut huius sacrificii munus oblatum fragillitatem nostram ab omni malo purget semper & muniat. Per dominum. Post commu.

Quæsumus omnipotens deus: ut inter ei⁹ mēbra numeremur: cuius corp⁹ cōmunicam⁹ & sanguinē. p.

Super populum. Oratio.

Pretende dñe fidelibus tuis dexterā celestis auxilii: ut te toto corde pquirant/ & quę digne postulant cōsequi mereantur. Per dominum.

Dominica quarta. Oratio.

COncede quæsum⁹ omnipotēs deus: ut qui ex merito nostrę actionis affligimur: tue gratię consolatione respiremus. Per. Sacra.

Sacrificiis. Reqre supra in sabbato. iiii. temporum. Post commu.

Da nobis misericors deus: ut sancta tua quib⁹ incessanter explemur & sinceris tractemus obsequis & fideli semper mēte sumamus. Per

Feria secunda. Oratio.

PResta qſum⁹ oipotēs de⁹: ut obseruationes sacras annua deuotione recolētes: & corpore tibi placeamus & mente. Per. Sacra.

Oblatū. Reqre supra in dñica infra octauas epiphanie: Post com.

Sumptis domine salutarib⁹ sacramentis: ad redemptiōis eterne quæ sumus proficiamus augmentum. Per dominum nostrum.

Super populum: Oratio.

Deprecationem nostram quæsumus domine begninus exaudi: & qbus supplicādi prestas effectum: tribue deffensionis auxilium. Per.

Feria tertia. Oratio.

SAcre nobis dñe quæsumus obseruationis ieiunia & pie cōuersationis aumentum: & tue propitiationis continuum prestent auxiliū. Per dominum. Sacra.

Hec hostia dñe. Reqre supra dñica iii. post epipha. Post cōmu.

Hui⁹ nos. Require supra feria. vi. dñica. iiii. xl. Super populū. Orō.

Miserere dñe populo tuo: & continuis tribulationibus laborantem. propitius respirare concede. Per.

Feria quarta. Oratio.

DEus qui & iustis premia meritorum: & peccatoribus p ieiunium ueniā prebes: miserere supplicibus tuis ut reatus nostri confessio indulgentiam ualeat percipere delictorum. per. Oratio.

Presta quæsumus omnipotens deus: ut quos ieiunia uotiua castigant ipsa deuotio quoq; sancta letificet & terrenis affectibus mitigatis: facili⁹ celestia capiam⁹. per dominum nostrum. Sacra.

Supplices te dñe rogam⁹ ut his sacrificiis pctā nrā mūdētur: quia tūc uerā nobis tribuis mentis & corpis

sanitatem. Per dominum. Post cō.
Sacramenta q̄ sumpsimus domine deus noster: & spiritualibus nos repleāt alimētis & corporalibus tueātur auxiliis. Per. Super populum. Oratio.
Pateāt aures misericordie tue domine precibus supplicantium: & ut petentibus desiderata concedas fac eos que tibi sunt placita postulare per dominum nostrum.

¶ Feria quita. Oratio.
Presta quesumus omi. Require supra hic in feria quarta. Sacra.
Purifica nos misericors deus: ut ecclesie tue p̄ces: q̄ tibi grate sunt: pia munera deferētes: fiāt expiatis mentibus gratiores. Per. Post cōmu.
Celestia dona capientibus q̄s̄umus dn̄e non ad iudiciū peruenire patiaris: q̄ fidelibus tuis ad remediū prouidisti. Per dominum.
Super populum. Oratio.
Populi tui deus institutor & rector peccata quib⁹ impugnatur expelle ut semper tibi placitus & tuo munimine sit securus. Per dominum.

¶ Feria sexta. Oratio.
Deus q ineffabilibus mūdū renouas sacramentis: p̄sta quesumus: ut ecclesia tua & eternis proficiat institutis: & tēporalibus nō destituatur auxiliis. Per dn̄m. Sacra.
Munera nos dn̄e q̄s oblata purificent: & te nobis iugiter faciant esse placatū. Per dn̄m. Post cōmu.
Hec nos q̄s domine participatio sacramenti: & a p̄priis reatibus indesinenter expediat: & ab omnib⁹ tueatur aduersis. Per dominū.
Super populum. Oratio.
Da quæsumus omnipotens deus: ut qui infirmitatis nostre conscii de tua uirtute confidimus: sub tua sēp pietate gaudeamus. Per dominum.

¶ Sabbato. Oratio.
Fiat quæsumus domine per gratiam tuā fructuosus nr̄e deuotionis affectus: quia tunc nobis p̄derunt suscepta ieiunia: si tue sint placita pietati. Per dominū. Sacra.
Oblationibus quæsumus dn̄e placare susceptis: & ad te nostras etiā rebelles compelle p̄pitius uoluntates. Per dominum. Post cōmu.
Tua nos dn̄e q̄s sancta purificent: & operatione sua sibi faciāt esse deuotos. Per dominum nostrum.
Super populum. Oratio.
Deus qui sperantibus in te misereri potius eligis q̄ irasci: da nobis digne flere mala que facim⁹: ut tue consolationis gratiam inuenire ualeamus. Per dominum nostrum.

¶ Dominica in passione. Orō.
Quæsumus omnipotēs deus familiam tuam respice: ut te largiente regatur in corpore: & te seruante custodiatur in mente. Per dominum nostrum. Sacra.
Hec munera quæsumus domine & uincula nostre prauitatis absoluant: & tue nobis misericordie dona concilient. per dn̄m. Post cō.
Adesto nobis dn̄e deus noster: & quos tuis mysteriis recreasti: p̄petuis

de[illegible]nde presidiis. Per dominum.

Feria .ii. Oratio.

SAnctifica quesumus dñe nr̄a ieiunia & cunctarū nobis ꝓpitius indulgētiam largire culparum. Per dominum. Sacra.

Concede nobis quæsumꝰ dñe deꝰ nr̄:ut hec hostia salutaris & nr̄orū fiat purgatio delictorum: & tue propitiatio maiestatis. Per dominū nostrum. Post com.

Sacraméti tui quæsumus domine participatio salutaris:& purificationem nobis prebeat & medelam. per dominum. Super populum. Oratio

Da quæsumꝰ dñe populo tuo salutē métis & corporis: ut bonis operibus inherendo: tua semper mereamur protectione defendi. Per. tur

Feria .iii. Oratio.

NOstra tibi quæsumus dñe sint accepta ieiunia: q̄ nos & expiādo gratia tua dignos efficiant & ad remedia perducant eterna. Per dominum. Sacra.

Hostias tibi domine defferimus immolandas: q̄ temporali cōsolatione nos sic letificent: ut promissa certius speremus eterna. Per. Post cōmu.

Da quæsumꝰ omnipotés deus: ut q̄ diuina sint iugiter exequentes: donis mereamur celestibus propinquare. Per. Super populum. Oratio.

Da nobis q̄sumus dñe perseuerantem in tua uoluntate famulatum: ut ī diebus nostris & merito & numero populꝰ tibi seruiés augeatur. per.

Feria .iiii. Oratio.

SAnctificato hoc ieiunio deus tuorū corda fideliū miserator illustra: & quibus deuotionis prestas affectū: prebe supplicātibus piū benignus auxilium. Per. Sacra.

Annue misericors deus: ut hostias placationis & laudis sincero tibi deferamus obsequio. Per dominū nostrum. Post com.

Celestis doni bn̄dictione percepta supplices te deus omnipotés deprecamur: ut hoc idem nobis & sacramenti causa sit & salutis. Per dn̄m. Super populum. Oratio.

Adesto supplica. Require supra feria secunda post dn̄ica .ii. in .xl.

Feria quinta. Oratio.

PResta quæsumus omnipotens deus: ut dignitas cōditionis humane per imoderātiā sauciata: medicinalis parsimōiæ studio reformemur. Per dominum. Sacra.

Domine deus noster: qui in his potius creaturis: q̄s ad fragilitatis nostre subsidium cōdidisti: tuo nomini munera iussisti dicāda constitui: tribue q̄s: ut uite nobis p̄sentis auxiliū & eternitatis efficiāt sacramentum. Per dominum. Post commu.

Quod ore sumpsimꝰ domine mente capiamus: & de munere temporali fiat nobis remediū sempiternum. Per. Super populum. Oratio.

Esto quæsumus dñe ꝓpitius plebi tue: ut que tibi non placent respués: tuorum potius repleatur delectationibus mandatorum. per.

Feria sexta. Oratio.

Cordibus nostris q̃s domiẽ auxiliũ grẽ tue benignus infunde ut peccata nostra castigatione uolũtaria cohibentes: corporaliter poti⁹ maceremur: q̃ suppliciis deputemur eternis. per dñm nostrũ. Sacra.

Presta nobis misericors deus: ut digne semper seruire altaribus mereamur: & eorum perpetua participatione saluari. p. Post cõmu.

Sumpti sacrificii domine perpetua nos tui tio nõ derelinquat: & noxia semper a nobis cuncta depellat. per dominum nostrum. Super populum. Oratio.

Concede quæsumus omnipotens deus: ut qui protectionis tue gratiã querimus: liberati a malis omnibus secura tibi mente seruiamus. per dominum nostrum.

¶ Sabbato. Oratio.

PRoficiat q̃s domine plebs tibi dicata pie deuotionis affectu: ut sacris actionibus erudita: quanto maiestati tue sit gratior: tanto donis potioribus augeatur. Per dominum nostrum. Sacra.

A cunctis nos domine q̃s reatibus & periculis ꝓpiciatus absolue: quos tãti mysterii tribuis esse participes. per dominum. Post cõmu.

Diuini saciati muneris largitate: q̃s domine deus noster: ut hui⁹ semper participatione uiuamus. per. Super populum. Oratio.

Tueatur quesumus dñe dextera tua populũ tuũ deprecantẽ: & purificatũ dignãter erudiatur cõsolatiõe p̃senti ad futura bona proficiat. per.

¶ DOMINICA IN RAmis palmarum. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus qui humano generi ad imitandũ humilitatis exẽplum: saluatorẽ nr̃m carnẽ sumere & crucẽ subire fecisti: concede propitius: ut & patiẽtie ipsius habere documẽta: & resurrectionis consortia mereamur. Per eumden dominum. Sacra.

Concede q̃s domine: ut oculis tue maiestatis munus oblatum: & gratiam nobis deuotionis obtineat: & effectum beate perennitatis acquirat. per. Post cõmu.

Per huius. Require supra in domi. infra octaua. natal.

¶ Feria secunda. Oratio.

DA quæsumus omnipotens deus: ut q in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus: intercedente unigeniti filii tui passione respiremus. p. Sacra.

Hec sacrificia nos omnipotens de⁹ potenti uirtute emũdatos: ad suum faciant puriores uenire principium. Per dominum nr̃m. Post cõ.

Prebeant nobis dñe diuinum tua sancta feruorẽ: quo eorũ pariter & actu delectemur & fructu. per do. Super populum. Oratio.

Adiuua nos deus salutaris noster: & ad beneficia recolẽda quibus nos instaurare dignatus es: tribue uenire gaudentes. Per dominum.

¶ Feria tertia. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus da nobis ita dominice passionis sacramenta peragere ut indulgẽtiam percipere mereamur. Per dominum nostrum. Sacra.

Sacrificio nos. Reqre supra feria quĩta: dñice prime. in. xl. Post cõ.

Sanctificationibus tuis om. Req̃re supra sabbato dñice prime .i. xl.
Super populum. Oratio.
Tua nos misericordia de⁹ & ab omni surrectione uetustatis expurget: & capaces sancte nouitatis efficiat. Per dominum nostrum.
¶ Feria quarta. Oratio.
PResta q̃s omnipotens de⁹: ut q nostris excessib⁹ incessanter affligimur: per unigeniti tui passionẽ liberemur. Qui tecum. Oratio.
Deus qui pro nobis filium tuũ crucis patibulum subire uoluisti: ut inimici a nobis expelleres potestatem concede a nobis famulis tuis: ut resurrectionis gratiam cõsequamur. Per dominum nostrum. Sacra.
Purifica nos misericors deus. Req̃re supra feria .v. ante domi.i passiõe
Post comunicanda.
Largire sensibus nostris omnipotẽs deus: ut per temporalẽ filii tui mortẽ quam mysteria ueneranda testãtur: uitam nobis te dedisse confidamus. Per eundem.
Super populum: Oratio.
Respice q̃s domine sup hanc familiã tuã: ꝓ qua dñs nr̃ iesus xp̃s nõ dubitauit manibus tradi nocẽtium: & crucis subire tormentum. Qui te.
¶ Feria quinta in cena dñi.
Benedictio ignis. Oratio.
DEus q filiũ tuũ angularẽ scilicet lapidẽ: charitatis ignem fidelib⁹ tuis cõtulisti ꝓductũ ex silice: nostris pro futurũ usibus nouũ hunc ignẽ sanctifica: & concede nobis: ita per hec festa paschalia celestibus desideriis inflammari: ut ad perpetue claritatis. Puris mentibus ualeamus festa pertingere. Per.
¶ Benedictio incensi. Oratio.
QVæsumus omnipotens deus abrahã. deus isac. deus iacob immitte in hãc creaturã incensi uiui odoris tui efficatiam: ut sit seruulis tuis uel ancilis munimentũ: tutelaq̃ defensionis: ne intret hostis in uiscera eorũ: neq̃ aditum possit habere uel sedem. per dñm. Oratio.
Deus a quo & iudas reat⁹ sui penã & cõfessionis sue latro p̃mium sumpsit: concede nobis tue ꝓpiciationis effectum: ut sicut in passione sua iesus christus domin⁹ nr̃ diuersa utrisq̃ intulit stipendia meritorũ: ita nobis ablato uetustatis errore: resurrectionis sue gratiam largiatur. Qui tecum uiuit. Sacra.
Ipse tibi dñe sancte pater op̃s deus sacrificiũ nr̃m reddat acceptũ: qui discipulis suis in sui commemorationẽ hoc fieri hodierna traditione monstrauit iesus xp̃s domin⁹ noster. Qui tecum. Post cõmu.
Refecti uitalibus alimentis q̃s dñe de⁹ noster: ut quod tẽpore nr̃e mortalitatis exequimur: immortalitatis tue munere cõsequamur. per dñm.
¶ Feria sexta. Oratio.
ORemus dilectissimi nobis: in primis pro ecclesia sancta dei ut eam deus & dominus noster pacificare & custodire dignetur: toto orbe terrarũ subiiciẽs ei principatus & potestates: detq̃ nobis trãquillam & quietam uitam de gentibus glorificare deum: & patrem omnipotentem. Per dominum. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus qui gloriã tuã omnibus in xp̃o gentib⁹

reuelasti: custodi opera misericordie tue: ut ecclesia tua toto orbe diffusa: stabili fide in cõfessione tui nominis perseueret. Per eũ. Oratio.

Oremꝰ & pro beatissimo papa nostro .N. ut deus & dominus noster qui elegit eũ in ordiné episcopatus saluũ atq; incolumem custodiat: ecclesie sue sancte ad regendnm populum sanctum dei. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus cuius iudicio uniuersa fundantur: respice ꝓpitius ad ꝓces nr̃as: & electũ nobis antistitem tua pietate conserua: ut christiana plebs q̃ te gubernatur auctore: sub tãto põtifice credulitatis sue meritis augeatur. Per. Oratio.

Oremus & pro omnibus episcopis & presbyteris: diaconibꝰ: & subdiaconibus: acollytis: exorcistis: lectoribus: ostiariis: confessoribus: uirginibus: uiduis: & pro omni populo sancto dei. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: cuius spiritu totum corpus ecclesie sanctificãtur & regitur: exaudi nos pro uniuersis ordinibus supplicantes: ut gratie tue munere: ab omnibus tibi gradibꝰ fideliter seruiatur. p. Orõ.

Oremꝰ & ꝓ xp̃ianissimo rege nr̃o. N. ut deus & dñs nr̃ subditas illi faciat omnes barbaras natiões ad nostram perpetuam pacem. per. Orõ.

Omnipotẽs sempiterne deꝰ: in cuius manu sunt omnium potestates & omniũ iura regnorum: respice ad xp̃ianũ benignus imperiũ: ut gẽtes que i sua feritate cõfidunt: potentie tue dextera comprimantur. p. Orõ.

Oremus & pro cathecuminis nr̃is: ut deus & dñs noster adaperiat aures precordiorũ ipsorum: ianuamq; misericordie: ut per lauacrum regenerationes: accepta remissione omnium peccatorũ: & ipsi inueniantur in xp̃o iesu domino nostro. Oratio.

Omnipotens sempiterne deꝰ: qui ecclesiã tuã noua semper ꝓle fecundas auge fidem & itellectũ cathecuminis nostris: ut renati fonte baptismatis adoptionis tue filiis aggregẽtur. Per dominum. Oratio.

Oremus dilectissimi nobis deũ patrẽ omnipotẽtem: ut cunctis mũdũ purget erroribus: morbos auferat: famẽ depellat: aperiat carceres: uincula dissoluat: peregrinãtibus reditũ infirmãtibus sanitatẽ: nauigãtibus portum salutis indulgeat. p. Orõ.

Omnipotens sempiterne deꝰ mestorũ consolatio. laborãtiũ fortitudo. perueniant ad te ꝓces de quacũq; tribulatione clamãtium: ut oẽs sibi in necessitatibus suis misericordiã tuã gaudeant affuisse. Per. Oratio.

Oremus & pro hereticis & scismaticis: ut deus ac dñs noster eruat eos ab erroribus uniuersis: & ad sanctã matrem ecclesiam catholicam atq; apostolicã reuocare dignetur. Orõ.

OMnipotẽs sempiterne deus: qui saluas omnes & neminẽ uis perire: respice ad animas diabolica fraude deceptas: ut omni heretica prauitate deposita: errantium corda resipiscant: & ad ueritatis tue redeant unitatem. Per dominum.

Oremus & pro perfidis iudeis: ut deus & dñs noster auferat uelamen de cordibus eorũ: ut & ipsi agnoscant iesum christũm dominum nostrũ.

Omnipotens sempiterne deus: qui

etiā iudaicā perfidiam a tua misericordia non repellis exaudi pces nostras: quas pro illius populi obcecatione deferimus: ut agnita ueritatis tue luce: que christus est: a suis tenebris eruatur. Per. Oratio.

Oremus pro paganis: ut deus omnipotens auferat iniquitatem a cordibus eorū: & relictis idolis suis conuertātur ad deū uiuū & uerū: & unicum filium eius iesum xp̄m deum & dominum nostrū cū quo uiuit & regnat cum spiritu sancto deus. Per omnia secula seculorum.

Omnipotens sempiterne deus: qui non mortē peccatorū sed uitā semper inquiris: suscipe propiti⁹ orationem nr̄am & libera eos ab idolorū cultura: & aggrega ecclesie tue sancte ad laudē & glīā nominis tui. p.

Ad adorandam crucem. Oratio.

Tuam crucem adoro domine iesu xp̄e: tuam uenerandā recolo passionem: miserere mei qui passus es pro me. O crux glīosa. o crux ueneranda. o crux adorāda. o lignū preciosum & admirabile signum p quod & diabol⁹ est uictus & mūdus redemptus. Adoro te. benedico te. confido in te. diligo te tota mente pro amore domini mei iesu christi qui in te passus est ꝑ me. O mea saluatio salua me. o mea ereptio eripe me. o liberatio libera me per tuam sanctam crucē salua me christe saluator: qui mortem meam moriendo destruxisti: & uitā resurgendo reparasti: miserere mei iesu benigne. q nasci. pati. mori. atq; resurgere dignatus est pro me. Qui uiuis. Orō.

Domine iesu xp̄e adoro te in cruce ascendētem: coronā spineā in capite portātē: deprecor te: ut ipsa crux liberet me ab angustia uel de angelo percutiente. Oratio.

Domine iesu xp̄e adoro te in cruce uulneratū: felle & aceto potatum: deprecor te: ut tua uulnera sint remedium anime meę. Oratio.

Domine iesu christe adoro te in sepulchro positū: deprecor te: ut tua mors sit uita mea. Oratio.

Domie iesu christe adoro te descendentem ad inferos liberantem captiuos: deprecor te ut non me dimittas introire in infernum. Oratio.

Domine iesu xp̄e adoro te ascēdentē in cęlū: sedētē ad dexteram dei patris: deprecor te miserere mei. Orō.

Domine iesu xp̄e adoro te uentuꝝ in iudicio: dep̄cor te: ut in tuo aduētu non intres cum me peccatore in iudicium: sed dep̄cor te: ut ante dimittas q̄ iudices. Qui ui. Oratio.

Crux est xp̄ianorū spes: crux mortuorū resurrectio: crux cecorū lux: crux conuersoꝝ uia: crux claudorū uia & baculus: crux pauperū consolatio: crux uia fidelium: crux humilium inuitatio: crux est superboꝝ directio: crux uictoria xp̄i: crux sancta qui pependit in te saluet nos & defendat & protegat. Amen.

SABBATO IN VIGIlia resurrectionis domini.

Benedictio ignis. Oratio.

Deus qui moysi famulo tuo in specie ignis rubo ardente apparuisti: quiq; etiam spiritum sanctum tuum per iesum christum filium tuum dominum nostrū de cælis promissum super apostolos igneis lin-

gnis descendere fecisti: nobis quoq; famulis tuis charitatis ignē tribuere dignare: & hunc nouum ignem de lapide preposituum: nostris usibus profuturum sanctifica: & cōcede nobis ita per hec festa paschalia celestibus desideriis inflammari: ut ad perpetua festa purgatis mentib⁹ pertingere ualeamus. Per eundem dominum nostrum.

¶ Benedictio incensi. Oratio.

Veniat quæsumus domine deus super hoc incēsum larga tue benedictionis infusio: & hunc nocturnum splendorem inuisibilis regenerator accende: ut non solum sacrificium quod in hac nocte litatum est: arcana tui luminis admixtione refulgeat sed quocunq; loco ex huius aliquid sanctificationis fuerit mysterio deportatum: expulsa diabolice fraudis nequitia: uirtus tue maiestatis assistat. Per dominum.

¶ Benedictio cerei. Oratio.

Deus qui diuitias misericordie tue: in hac p̄cipue nocte largitis. ppiciare uniuerso ordinis sacerdotalis officio: & omnes gradus famulatus nostri perfecta delictorum remissione sanctifica: ut ministraturos gratie tue nulli esse obnoxios patiaris offense. Oratio.

Deus qui mirabiliter creasti hominem: & mirabilius redemisti: da nobis quæsumus contra oblectamenta peccati mentis ratione persistere: ut mereamur ad gaudia eterna peruenire. Per. Oratio.

Deus cuius antiqua miracula in p̄senti quoq; seculo coruscare sentimus: psta q̄s: ut sicut priorem populum ab egyptiis liberasti: hoc ad salutem gentium per aquas baptismatis opereris. per. Oratio.

Deus qui nos ad celebrandum paschale sacramētum utriusq; testamēti paginis instruis da nobis itelligere misericordiam tuam: ut ex perceptione presentiū munerum firma sit expectatio futurorū. per. Oratio.

Deus qui ecclesiā tuā noua semper gentiū uocatione multiplicas: concede propitius: ut quos aqua baptismatis abluis: continua protectione tuearis. per dominum. Oratio.

Concede quæsumus omnipotens deus: ut q festa paschalia agimus: celestibus desideriis accēsi: fontem uite sitiamus dn̄m iesum christum. Qui uiuis. Oratio.

Deus qui hanc sacratissimā noctē gloria dominice resurrectionis illustras: conserua in noua familie tue progenie adoptionis spiritum quē dedisti: ut corpore & mente renouati puram tibi exhibeant seruitutem. per. inunitate eiusdē. Sacra.

Suscipe quæsumus domine preces populi tui cum oblationibus hostiarum: ut paschalibus initiata mysteriis ad eternitatis nobis medelam te operante proficiant. per dominum nostrum. Post cōmu.

Spiritum nobis dn̄e tue charitatis infunde: ut quos sacramētis paschalibus saciasti: tua facias pietate concordes. p dn̄m in unita. eius. Orō.

Aufer a nobis domine cunctas iniquitates nostras: ut ad sancta sanctorum puris mereamur mentibus introire. p. Oratio.

Suscipe sancta trinitatis hanc obla

DEus qui fideliū mentes unius efficis uoluntatis: da populis tuis id amare quod precipis: id desiderare quod promittis: ut inter mūdanas uarietates ibi nostra fixa sint corda ubi uera sunt gaudia. Per dominum nostrum. Sacra.

Deus qui nos per hui⁹ sacrificii uenerāda commertia unius summeq; diuinitatis participes effecisti: presta quæsumus: ut sicut tuam cognouimus ueritatem: sic eam dignis mori bus assequamur. Per dominum nostrum iesum. Post cōmu.

Adesto domine deus noster: ut per hęc quę fideliter sumpsimus: & purgemur a uitiis: & a periculis omnibus exuamur. Per dominum.

℄ Dominica quarta. Oratio.

DEus a quo bona cuncta procedūt: largire supplicibus tuis: ut cogitemus te inspirāte q̄ recta sunt: & te gubernante eadem faciamus. Per dominum. Sacra.

Suscipe domine fidelium p̄ces cum oblationibus hostiarum: ut per hęc pie deuotionis oficia: ad cęlestē gloriam transeamus. per. Post cōmu.

Tribue nobis domine cęlestis mense uirtute saciatis: & desiderare q̄ recta sunt: & desiderata percipere. per.

℄ Feria secunda. Oratio.

PResta q̄s omnipotens deus: ut qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus: contra aduersa omnia tua semper protectione muniamur. Sacra.

Hęc munera quęsumus dn̄e & uincula nostre prauitatis absoluant: & tue nobis misericordie dona concilient. per dominum. Post cō.

Uota nostra quæsumus dn̄e pio fauore prosequere: ut dum dona tua in tribulatiōe p̄cipim⁹: de cōsolatione nr̄a in tuo amore crescamus. p.

℄ Feria tertia. Oratio.

DEus qui conspicis nos in tot perturbationibus non posse subsistere: afflictorum gemitus propitius respice: & mala omnia q̄ iuste meremur auerte. per. Sacra.

His sacrificiis dn̄e cōcede placatus ut qui propriis oramus absolui delictis: nō grauemur externis. Per dominum nostrum. Post cōmu.

Sacramēti tui dn̄e ueneranda perceptio: & mystico nos mundet effectu: & perpetua uirtute defendat. p.

℄ Feria quarta in uigilia ascēsionis domini. Oratio.

PResta quæsumus omnipotens deus ut nr̄e mētis intentio quo solemnitatis uenture gloriosus auctor ingressus est semper intendat & quo fide pergit: conuersatione per ueniat. per dominum. Sacra.

Sacrificiū dn̄e pro filii tui suplices uenerabili quā p̄uenim⁹ ascensione defferentes: p̄sta quæsnm⁹: ut & nos per ipsum his conmertiis sacro sanctis ad celestia cōsurgamus. per eundem dominum. Post commu.

Tribue quæsumus dn̄e: ut per hæc sacramenta quę sumpsim⁹: illuc tēdat nostre deuotionis effectus: quo tecum est nr̄a substātia iesus xp̄s dominus noster. Qui tecum.

℄ IN DIE ASCENSIOnis domini. Oratio.

COncede quæsumus omnipotens deus: ut qui hodierna die unigenitum tuū ad cęlos ascendisse

credimus: ipsi quoq; mēte in celestibus habitemus. per. Sacra.

Suscipe dñe munera: que pro filii tui gloriosa ascensione defferimus: & cōcede propitius: ut a presentibus periculis liberemur: & ad uitam perueniamus eternam. Per eundē dominum nostrum. Post commu.

Presta nobis q̄sumus omnipotens & misericors deus: ut que uisibilibus mysteriis sumēda percepimus: inuisibili consequamur effectu. per.

℄ Dominica infra octauas acensionis. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: fac nos tibi semper & deuotam gerere uoluntatem: & maiestati tue sincero corde seruire. per dominum nostrum. Sacra.

Sacrificia nos domine immaculata purificent & mentibus nostris superne gratie dent uigorem. Per dominum nostrum. Post cōmu.

Repleti domine muneribus sacris da q̄s: ut in gratiarū semper actione maneamus. per dominum.

℄ In uigilia penthecostes. Oratio.

Deus qui in abrahe famuli tui opere: humano generi obediētie exempla prebuisti: concede nobis: & nostre uoluntatis prauitatem frangere & tuorū preceptorum rectitudinem in omnibus adimplere. Per dominum nostrum.

Deus qui nobis per prophetarum ora precepisti temporalia relinquere: atq; ad eterna festinare: da famulis tuis: ut que a te iussa cognouimus implere celesti inspiratione ualeamus per dominum nostrum.

Deus qui nos ad celebrandam hāc festiuitatem utriusq; testamenti paginis instruis: da nobis intelligere misericordiam tuā: ut ex perceptione presentiū munerum: firma sit expectatio futurorum. per dominum.

Deus incommutabilis uirtus: & lumen eternum respice propitius ad totius ecclesie mirabile sacramentum & da famulis tuis: ut hoc quod deuote agimus: etiam rectitudine uite teneamus. Per. Oratio.

Concede q̄s omnipotens deus: ut qui solēnitatem doni spiritussancti colimus: celestibus desideriis accensi fontem uite sitiamus: dominū nostrum iesum christū filiū tuum. Qui tecum. in unitate eiusdem. Oratio.

Presta quæsumus omnipotens deus: ut claritatis tue super nos splendor refulgeat: & lux tue lucis corda eorum qui per gratiam tuam renati sunt sancti spiritus illustratiōe cōfirmet. Per eiusdem. Sacra.

Munera quesumus domine oblata sanctifica: & corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per dominum. in unitate eiusdē. Post cō.

Sancti spūs dñe corda nostra mundet infusio: & sui roris intima aspersione fecundet. Per dominum nostrum. in unitate eiusdem.

℄ IN DIE PENTHECOSTES. Oratio.

Deus qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere: & de eius semp consolatione gaudere. Per dominum nustrum iesum.

℄ Feria secunda. Oratio.

DEus qui apostolis tuis sanctum dedisti spiritum: concede plebi tue pie deuotionis effectum: ut qbus dedisti fidem: largiaris & pacem. Per dominum. Sacra.

Propitius domine quæsumus hec dona sanctifica: & hostie spiritualis oblatione suscepta: nosmetipsos tibi perfice munus eternũ. p. Post cõ.

Adesto quæsumus domine populo tuo: & quem mysteriis celestibus imbuisti ab hostium furore defende.

Feria tertia. Oratio.

ADsit nobis q̃sumus dñe uirtus spiritus sancti: que & corda nostra clementer expurget: & ab omnibus tueatur aduersis. Per dominum in unitate eiusdem. Sacra.

Purificet nos quæsumus dñe muneris presentis oblatio: & dignos sacra participatione pficiat. per. Post cõ.

Mẽtes nostras quæsumus dñe spiritussanctus diuinis reparet sacramẽtis: quia ipse est remissio omniũ peccatorũ. Per dñm. in unitate eiusdẽ.

Feria quarta. Oratio.

MEntes nostras q̃s domine paraclitus qui a te procedit illuminet: & inducat i omnem sicut tu⁹ promisit filius ueritatem. Qui tecum. in unitate eiusdem.

Presta q̃sumus omnipotẽs & misericors de⁹: ut spũssanctus adueniens tẽplũ nos glorie sue dignãter inhabitando perficiat. Per dñm. in unitate eiusdem. Sacra.

Accipe quæsumus domine munus oblatum: & dignanter operare ut quod mysteriis agimus: piis affectibus celebremus. per. Post commu.

Sumẽtes domine celestia sacramẽta quæsumus clemẽtiã tuã: ut quod temporaliter gerimus eternis gaudiis consequamur. per.

Feria sexta. Oratio.

DA quæsum⁹ ecclesie tue misericors deus: ut spũ sctõ cõgregata: hostili nullatenus incursione turbetur. Per do. in unita. Sacra.

Sacrificia dñe tuis oblata cõspectibus: ignis ille diuinus assumat: qui discipulorũ christi tui per spiritũ sanctum corda succendit. Per eundem. in unitate eiusdem. Post cõmu.

Sumpsimus domine sacri dona mysterii humiliter deprecantes: ut que in tui commemoratione nos facere precepisti: in nostre proficiant infirmitatis auxilium. Qui uiuis & reg.

Sabbato. Oratio.

MEntibus nostris quæsum⁹ domine spiritum sanctum benignus infunde: cui⁹ & sapiẽtia cõditi sumus: & prouidẽtia gubernamur. Per do. in unitate. Oratio.

Illo nos igne quæsumus dñe spiritussanctus inflamet: quem domin⁹ noster iesus christus misit in terram: & uoluit uehemẽter accẽdi. Qui tecum uiuit. Oratio.

Deus qui ad animarum medelam: ieiunii deuotione castigati corpora precepisti: cõcede nobis propitius: & mẽte & corpore tibi semp esse deuotos. per dominum. Oratio.

Presta quesumus omnipotens de⁹. ut salutarib⁹ ieiuniis eruditi ab omnibus etiam uitiis abstinentes: propiciationem tuam facilius impetremus. Per. Oratio.

Presta quæsumus omnipotens deus: ut sic nos ab epulis carnalibus ab

stinere: ut a uitiis ingruentibus pari/
ter ieiunemus. Per. Oratio.
Deus qui tribus pueris. Requ're su
pra in sabbato. iiii. tēporū. Sacra.
Ut accepta tibi sint domine nostra
ieiunia: presta nobis q̄sumus: huius
munere sacramēti purificatum tibi
pectus offerre. per. Post commu.
Prebeant nobis dn̄e diuinum tua
sancta feruorē: quo eorum pariter &
actu delectemur & fructu. per.

¶ In festo sancte trinitatis.

Omnipotens sempiterne deus: q
dedisti famulis tuis in confessio
ne uere fidei: eterne trinitatis gloriā
agnoscere: & in potētia maiestatis:
adorare unitatē quæsum⁹: ut eiusdē
fidei firmitate ab omnibus semp inu
niamur aduersis. per. Sacra.
Sanctifica quæsumus dn̄e de⁹: per
tui sancti nominis inuocationē hui⁹
oblationis hostiam: & per eam nos/
metipsos tibi p̄fice munus eternum.
Per dominum. Post cōmu.
Proficiat nobis ad salutem corpo/
ris & anime deus noster: huius sacra
menti susceptio: & sempiterne san/
cte trinitatis eiusdemq; idiuidue uni
tatis confessio. per.

¶ In festo corporis xp̄i. Oratio.

Deus qui nobis sub sacramento
mirabili passionis tue memori/
am reliquisti: tribue quæsumus ita
nos corporis & sanguinis tui sacra
mysteria uenerari: ut redēptionis tue
fructum in nobis iugiter sentiamus.
Qui uiuis & regnas. Sacra.
Ecclesie tue quæsumus dn̄e unita/
tis & pacis propitius dona concede:
que sub oblatis muneribus mistice
designantur. per. Post cō.
Fac nos quæsumus domine diuini
tatis tue sempiterna fruitione reple/
ti: quam preciosi corporis & sāginis
tui tēporalis perceptio pre figurat.
Qui uiuis & regnas.

¶ Dominica prima post fe/
stum trinitatis.

Deus in te sperantium fortitudo
adesto p̄pitius inuocationibus
nr̄is: & quia sine te nihil potest mor/
talis infirmitas: presta auxilium gra
tie tue: ut in exequēdis mādatis tuis:
& uolūtate tibi & actione placeam⁹.
Per dominū. Sacra.
Hostias nostras domine tibi dicaas
placatus assume: & ad perpetuū no/
bis tribue peruenire subsidium. Per
dominum. Post cōmu.
Tantis domine repletis muneribus
presta quæsumus: ut salutaria dona
capiamus: & a tua nunq̄ laude cesse/
mus. Per dominum.

¶ Dominica secunda. Oro.

Sancti nominis tui domine ti/
morē pariter & amorē fac nos
habere perpetuū quia nunq̄ tua gu/
bernatione destituis: quos in solidi/
tate tue dilectionis instituis. Per do/
minū nostrū. Sacra.
Oblatio nos domine tuo nomini
dicāda purificet: & de die in diem ad
cęlestis uite transferat actionem.
Per dominū. Post commu.
Sumptis muneribus dn̄e q̄sumus:
ut cum frequentatione mysterii cre
scat nostre salutis effectus. Per dn̄.

¶ Dominica tertia. Oratio.

Deprecationem nostram q̄s dn̄e
benign⁹ exaudi: & quib⁹ suppli
candi prestas effectum: tribue defen
sionis auxilium. Per. Sacra.

Munera domine oblata sanctifica: ut tui nobis unigeniti corpus & sanguis fiant. Per eundem. Post cō.

Hec nos communio dn̄e purget a crimine & celestis remediis faciat esse consortes. per dominum.

Dominica quarta. Oratio.

PRotector in te sperantiū deus: sine quo nihil est ualidum nihil sanctum multiplica sup nos misericordiam tuam: ut te rectore te duce sic trāseamus per bona tēporalia ut non amittamꝰ eterna. p. Sacra.

Respice domine munera supplicātis ecclesie & saluti credentiū perpetua sanctificatione sumenda concede. per dominum. Post cōmu.

Sancta tua nos domine sumpta uiuificēt: & misericordie sempiterne preparent expiatos. Per dominum.

Dominica quinta. Oratio.

DA nobis domine quæsumus ut & mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur: & ecclesia tua tranquilla deuotione letetur. p dominum nostrum. Sacra.

Oblationibus quæsumus domine placare susceptis: & ad te nr̄as etiam rebelles compelle propitius uolūtates. per dominum. Post cōmu.

Misteria nos domine sancta purificent: & tuo munere tueantur. per.

Dominica sexta. Oratio.

DEus qui deligentibus te bona inuisibilia preparasti: infunde cordibus nostris tui amoris affectū ut te in omnibus & super omnia diligentes: promissiones tuas que omne desiderium superant consequamur. Per. Sacra.

Propiciare domine supplicationibus nostris: & has oblationes famulorum famularūq; tuarū benignus assume: ut quod singuli obtulerunt ad honorē nominis tui: cunctis proficiat ad salutem. per. Post cō.

Quos cęlesti dn̄e dono saciasti presta quæsumus: ut a nostris mundemur occultis: & ab hostiū liberemur insidiis. per dominum.

Dominica septima. Oratio.

DEus uirtutum cuius est totum quod est optimū: īsere pectoribus nostris amorē tui nominis: & presta in nobis religionis augmētū ut q̄ sunt bona nutrias ac pietatis studio q̄ sūt nutrita custodias. p. Sacra.

Propitiare domine supplicationibus nostris: & has populi tui oblationes benignus assume: ut nullius sit irritū uotū: nullius uacua postulatio presta ut quod fideliter petimus: & efficaciter consequamur. Per dominum nostrum. Post commu.

Repleti domine muneribus tuis tribue q̄sumus: ut eorum & mūdemur effectu: & muniamur auxilio. Per.

Dominica octaua. Oratio.

DEus cuius prouidentia in sui dispositione nō fallitur: te supplices exoramꝰ: ut noxia cuncta submoueas: & omnia nobis pro futura concedas. per. Sacra.

Deus qui legalium differentiam hostiarum: uniꝰ sacrificii perfectione sanxisti: accipe sacrificium a deuotis tibi famulis: & pari benedictione: sicut munera abel sāctifica: ut quod singuli obtulerunt ad maiestatis tue honorem: cunctis proficiat ad salutem. per. Post cōmu.

Tua nos domine medicinalis o-

peratio: & a nostris puersitatib⁹ clementer expediat: & ad ea q̄ sunt recta per ducat. Per dominum.

¶ Dominica nona. Oratio.

Largite nobis quesumus domine semper spiritum cogitandi que recta sunt propitius & agendi: ut qui sine te esse nō possumus: secūdum te uiuere ualeam⁹. per. Sacra.

Suscipe munera q̄sumus domine: que tibi de tua largitate defferimus: ut hec sacro sancta mysteria: gratie tue operante uirtute: presentis uite nos conuersatione sanctificent: & ad gaudia sempiterna pducant. Per dominum. Post commu.

Sit nobis domine reparatio mentis & corporis celesti mysterium: ut cuius exequimur actionem sentiamus effectum. Per dominum.

¶ Dominica decima. Oratio.

Pateant aures misericordie tue precibus supplicantiū: & ut petentibus desiderata concedas: fac eos que tibi sunt placita postulare. Per dominum nostrum. Sacra.

Concede nobis hec quæsumus domine frequenter mysteria: quia quotiens huius hostie commemoratio celebratur: opus nostre redemptionis exercetur. Per. Post cōmu.

Tui nobis communio sacramēti & purificationē cōferat & tribuat unitatem. Per dominum nostrum.

¶ Dominica undecima. Oratio.

Deus qui omnipotētiā tuā parcendo maxime & miserando manifestas: multiplica sup nos gratiam tuam: ut a tua promissa currētes celestium bonorum facias esse consortes. Per Sacra.

Tibi domine sacrificia dicanda reddantur: que sic ad honorem nominis tui defferenda tribuisti: ut eadē remedia fieri nostra prestares. Per dominum nostrum. Post cō.

Quæsumus domie deus noster: ut quos diuinis reparere non desinis sacramentis: tuis non destituat benignus auxiliis. Per dominum.

¶ Dominica duodecima. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus qui abundantia pietatis tue & merita suppliciū excedis & uota: effunde super nos misericordiam tuā: ut dimittas que conscientia metuit: & addiitias quod oratio nō presumit. per dominum. Sacra.

Respice quæsumus domine nr̄am propitius seruitutem: ut quod offerimus sit tibi munus acceptū: & nostre fragilitati subsidium. per dominum nostrum. Post cōmu.

Sentiamus domine quæsumus tui perceptione sacramenti subsidium mētis & corporis: ut in utroq; saluati celestis remedii plenitudine gloriemur. per dominum nostrum.

¶ Dominica. xiii. Oratio.

Omnipotens & misericors deus: de cuius munere uenit: ut tibi a fidelibus tuis digne & laudabiliter seruiatur: tribue quæsumus nobis: ut ad promissiones tuas sine offensione curramus. per. Sacra.

Hostias quæsumus dn̄e ꝓpitius intende: quas sacris altaribus exhibemus: ut nobis indulgētiam largiendo tuo nomini dent honorem. per dominum nostrum. Post cōmu.

Viuificet nos quæsumus domine huius participatio sancta mysterii

& pariter nobis expiratioñe tribuat & munerem. Per dominum.

¶ Dominica. xiiii. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus da nobis fidei. spei & charitatis augmentum: & ut mereamur assequi quod ꝓmittis: fac nos amare quod precipiis. Per. Sacra.

Propitiare domine populo tuo propitiare muneribus: ut hac oblatione placatus: & indulgentiam nobis tribuas: & postulata concedas. Per dominum nostrum. Post commu.

Sumptis domine celestibus sacramentis: ad redemptionis eterne quesumus proficiamus augmentum. p.

¶ Dominica. xv. Oratio

CVstodi domine quæsumus ecclesiam tuam propitiatione perpetua: & quia sine te labitur humana mortalitas: tuis semper auxiliis & abstrahatur a noxiis & ad salutaria dirigatur. Per. Sacra.

Cõcede nobis domine: ut hec hostia salutaris: & nostrorum fiat purgatio delictorum: & tue propiciatio potestatis. Per. Post commu.

Purificent semper & muniãt tua sacramenta nos deus: & ad perpetue ducant saluationis effectum. Per dominum nostrum iesum.

¶ Dominica. xvi. Oratio.

ECclesiã tuã dñe miseratio continuata mundet & muniat: & quia sine te non potest salua consistere: tuo semper munere gubernetur. Per dominum nostrum. Sacra.

Tua nos domine sacramenta custodiat: & contra diabolicos tueantur semper cursus. per. Post cõ.

Mẽtes nostras & corpora possideat quæsumus domine doni celestis operatio: ut non noster sensus in nobis: sed iugiter eius perueniat effectus. per dominum nostrum.

¶ Dominica. xvii. Oratio.

TVa nos domine q̃sumus gratia semper preueniat & sequatur: ac bonis operib⁹ iugiter prestet esse intentos. Per. Sacra.

Munda nos domine sacrificii p̄sentis effectu: & perfice miseratus in nobis: ut eius mereamur esse participes per dominum. Post commu.

Purifica dñe q̃sumus mentes nr̃as benignus: & renoua celestib⁹ sacramentis: ut consequenter & corporũ presens: pariter & futurum animarũ capiamus auxiliũ. per dominum.

¶ FERIA QVARTA IN ieiuniis quattuor tẽpoꝝ. Orõ.

MIsericordie tue remediis quæsumus dñe fragilitas nr̃a subsistat: ut q̃ sua cõditiõe atteritur: tua clemẽtia reparetur. Per. Sacra.

Presta quæsumus domine familie supplicanti: ut dum a cibis corporalibus se abstinent: a uitis mente ieiunent. per dominum. Sacra.

Hec hostia. Require supra dominica. iii. post epiphaniam.

Sumẽtes dñe dona celestia: suppliciter deprecamur: ut que sedula seruitute donante te gerimus: dignis sensibus tuo munere capiamus. per.

¶ Feria sexta. Oratio.

PResta q̃s omnipotens deus: ut obseruationes sacras annua deuotiõe recolẽtes: & corpore tibi placeamus & mente. per. Sacra.

Accepta tibi sint domĩe quæsumus nostri dona ieiunii: q̃ & expiãdo nos

tua gratia dignos efficiāt: & at sem/piterna promissa perducant. Per dominum nostrum. Post cōmu.

Quæsumus omnipotens deus: ut de pceptis muneribus gratias exhibētes: bñficia potiora sumam⁹. per.

Sabbato. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus qui percontinēti am salutarem & corporibus mederis & mētibus: maiestatem tuam supplices exoramus ut pia ieiuniantiū deprecatione placatus: & presentia nobis subsidia p̄beas & futura. Per dñm. Oratio.

Da nobis q̄sumus omnipotens deus: ut ieiunando tua gratia satiemur & abstinēdo cunctis efficiamur hostibus fortiores. Per dominum nostrum iesum. Oratio.

Tuere domine quæsum⁹ familiam tuā: ut salutis eterne remedia: que te aspirante requirimus: te largiēte cōsequamur. Per. Oratio.

Presta quæsumus domine sic nos ab epulis abstinere carnalibus: ut a uitiis irruentibus pariter ieiunemus. Per dominum. Oratio.

Ut nos domine tribuis solemne tibi defferre ieiunium: sic nobis quæsumus indulgentie presta subsidiū. Per dominum. Sacra.

Cōcede q̄sumus omnipotēs deus: ut oculis tue maiestatis munus oblatū: & gratiā nobis deuotionis obtineat: & effectū beate perhennitatis acquirat. per. Post cōmu.

Perficiāt in nobis q̄s dñe tua sacramenta: quod continēt. ut que misericordie spe gerimus: rerum ueritate capiamus. per dominū.

Dominica. xviii. Oratio.

Da q̄sumus domie populo tuo diabolica uitare contagia & te solum dominū pura mēte sectari. Per dominum. Sacra.

Maiestatē tuā dñe suppliciter deprecamur. ut hec sancta q̄ gerimus: & a preteritis nos delictis exuant & futuris. per. Post cōmu.

Sanctificationib⁹ tuis oīpotēs deus & uitia nr̄a curentur: & remedia nobis eterna proueniat. Per dñm.

Dominica. xix. Oratio.

Dirigat corda nostra quæsum⁹ dñe tue miserationis operatio quia tibi sine te placere nō possum⁹. Per dominum. Sacra.

Deus q nos. Reqre supra in dñica. iii. post octa. pas. resurre. Post cō.

Gratias tibi referimus domine sacro munere uegetati: tuam misericordiam depcantes: ut dignos nos eius participatione perficias. Per.

Dominica. xx. Oratio.

Omnipotens & misericors deus uniuersa nobis aduersantia propiciatus exclude: ut mente & corpore pariter expediti: q̄ tua sunt liberis mētibus exequamur. p. Sacra.

Hec munera q̄s dñe: que oculis tue maiestatis offerimus: salutaria nobis esse concede. p. Post cōmu.

Tua nos domine medicinalis operatio: & nostris peruersitatibus clemēter expediat: & tuis semper faciat inherere mandatis. Per dominum.

Dominica. xxi. Oratio.

Largire q̄s domine fidelibus tuis indulgentiā placatus & pacē: ut pariter ab omnibus mundentur offensis: & secura tibi mente deseruiant. Per. Sacra.

Celestem nobis prebeant hec misteria q̄s domine medicinā: & uitia nr̄i cordis expurgent. p. Post cō.

Ut sacris domine reddamur digni muneribus: fac nos q̄s tuis obedire mandatis. Per dominum nostrum.

Dominica. xxii. Oratio.

FAmiliam tuam q̄s domine cōtinua pietate custodi: ut a cunctis aduersitatibus te protegente sit libera & in bonis actibus tuo nomini sit deuota. p. Sacra.

Suscipe domine propitius hostias quibus & te placari uoluisti: & nobis salutem potenti pietate restitui. Per dominum. Post commu.

Inmortalitatis alimoniam consecuti quæsum⁹ domine: ut quod ore percepim⁹: mente sectemur. p.

Dominica. xxiii. Oratio.

DEus refugium nostrū & uirtus adesto piis ecclesie tue precibus auctor ipse pietatis: & presta: ut quod fideliter petimus: efficaciter consequamur. p. Sacra.

Sacris domine quæsumus seruitiis fac intentos: & ut sine ulla tibi offensionis macula famulemur quales esse precipis ipse nos perfice. Per dominum nostrum. Post cōmu.

Sumpsimus domine sacri dona. Require supra feria. vi. Post pēthe.

Dominica. xxiiii. Oratio.

ABsolue quæsumus domie tuorum delicta populorum: ut a peccatorum nostrorū nexibus: que pro nostra fragilitate cōtraximus: tua benignitate liberemur. Per dominum nostrum. Sacra.

Pro nostre seruitutis augmento: sacrificium tibi domine laudis offerimus: ut quod in meritis contulisti propitius: exequaris. Per dominum nostrum iesum. Post cōmu:

Sumentes domine dona celestia quæsumus: ut nobis prouenire ad iudiciū patiaris quod tuis fidelibus ad remedium prouidisti. per dñm.

Dominica. xxv. Oratio.

EXcita quæsumus domie tuo℞ fidelium uoluntates: ut diuini operis fructum propentius exequentes: pietatis tue remedia maiora percipiant. per dominum. Sacra.

Propitius esto domine supplicationibus nostris: & populi tui oblationibus precibusq̧ susceptis omnium nostrorum ad te corda conuerte: ut a terrenis cupiditatibus liberi: ad celestia desideria trāseam⁹. p. post cō.

Concede nobis q̄s domine: ut per hec sacramenta que sumpsimus: qc quid in nostra mēte uitiosum est tue meditationis dono curetur. per.

IN FESTO DEDICAtionis ecclesie. Oratio.

DEus qui nobis p singulos annos huius sancti tēpli tui consecrationis reparas diem: & sacris semper mysteriis representas incolumes: exaudi preces populi tui & p̄sta: ut quisquis hoc templum beneficia petitur⁹ ingreditur: cūcta se impetrasse letetur. p. Sacra.

Annue quæsumus domine precibus nostris: ut quicunq̧ intra templi huius: cuius aniuersarium dedicationis diem celebramus: ambitum continemur: plena tibi atq̧ perfecta corporis & anime deuotione placeam⁹: ut dum hec presentia uota reddimus: ad eterna p̄mia te ad

iuuante uenire mereamur. Per dominum nostrum. Post cō.

Deus qui ecclesiam tuam spōsam uocare dignatus es: ut q̄ haberet gratiam per fidei deuotionem: haberet etiam ex nomie pietatem: da ut omnes hec plebs nomini tuo seruiēs huius uocabuli cōsortio digna esse mereatur: & ecclesia tua in templo cui⁹ anniuersarius dedicationis dies celebratur: tibi colecta: te timeat. te diligat. te sequatur. ut dū iugiter per uestigia tua graditur: ad celestia pmissa te ducente puenire mereatur.

¶ In die consecrationis ecclesie. Oratio.

Deus q̄ inuisibiliter omnia cōtinens: & tamen p salute generis humani signa tue potētie uisibiliter ostendis: templū hoc potētia tue inhabitationis illustra: ut omnes q̄ huc deprecaturi cōueniunt: ex quacunq; tribulatione ad te clamauerit: consolationis tue beneficia consequamur. Per. Sacra.

Omnipotēs sempiterne de⁹: tēplū hoc nomini tuo dedicatum: celesti uirtute & benedictione sanctifica: & omnibus in te sperantib⁹ auxilii tui munus ostēde: ut hic & sacramētorū uirtus & uotorum obtineat effectus. Per dominum. Post cōmu.

Quæsum⁹ omnipotēs de⁹: ut hoc in loco: qui nomini tuo dedicat⁹ est cunctis petentibus aures tue pietatis accommodes. Per dominum.

¶ INCIPIVNT ORATIONES sanctorū. In uigilia sancti andree apostoli. Oratio.

Quæsumus oṗs deus: ut beatus andreas apostolus: tuum pro nobis imploret auxiliū: ut a nostris reatibus absoluti: a cunctis etiā periculis eruamur. p. Sacra.

Sacrandum tibi domine mun⁹ offerimus: quo beati andree apostoli tui solēnia recolētes purificationē quoq; nostris mētibus imploremus. Per dominum. Post commu.

Preceptis dñe sacramentis suppliciter exoramus: ut intercedente beato andrea apostolo tuo q̄ pro illi⁹ ueneranda gerimus passione nobis proficiant ad medelam. Per.

¶ Eodem die sancti saturnini. Oratio.

Deus q̄ nos beati saturnini martyris tui concedis natalitio perfrui: eius nos tribue meritis adiuuare. Per dominum. Sacra.

Munera tibi dñe dicata sanctifica: & intercedente beato saturnino martyri tuo: per hec eadem nos placatus intende. Per dñm. Post cōmu.

Sanctificet nos q̄s domie tui perceptio sacramēti: & intercessione beati saturnini martyris tui tibi reddat acceptos. per dominum.

¶ In die sancti andree apostoli. Oratio.

Maiestatē tuā domine suppliciter exoram⁹: ut sicut ecclesie tue beatus andreas apostolus tuus extitit predicator & rector: ita apud te sit p nobis perpetuus intercessor. Per dñm. Sacra.

Sacrificiū nostrū tibi domine quæsumus beati andree predicatio sancta conciliet: ut in cuius honore solemniter exhibetur: eius meritis efficiatur acceptum. per dominum nostrum iesum. Post cōmu.

Sumpsimus domine diuina myste-ria beati andree festiuitate letantes que sicut tuis sanctis ad gloriam: ita nobis quæsumus ad ueniam prodes-se perficias. Per dominum.

¶ Chrisanti mauri & darie mart.

SAnctoꝝ martiꝝ tuorũ chrysã-ti mauri atq; darie uirginis q̃s dñe nobis assit oratio: ut quos obse-quio ueneramur: pio iugiter expia-mur auxilio. Per dominum.

¶ Sancti felicis. Oratio.

COncede q̃s omnipotens deus ut ad meliorẽ uitã exẽpla san-cti tui felicis nos prouocent: quate-nus cuius solemnia agimus: & actus imitemur. Per dominum.

¶ In natale sancte barbare.

INtercessio gloriosa q̃s domine deus noster beate barbare uirgi-nis & martyris tue: nos ab omni ad-uersitate protegat: ut per eius iteruẽ-tu incorporis & sanguinis dñi nostri iesu christi sacramẽtum ante nostre anime de corpore exitũ: & cũ uera fi-de & pura mente percipere merea-mur. Per eundẽ dominum. Sacra.

Suscipe munera domine: q̃ in bea-te barbare martyris tue solemnitate deferimus: cuius nos confidimus pa-trocinio liberari. Per dominum.

Post comunicanda.

Diuini muneris largitate satiati: q̃s domine deus noster: ut intercedente beata barbara martyre tua in eius semper participatione mundemur. Per dominum.

¶ Sancti nicolai. Oratio.

DEus qui beatum nicolaum cõ-fessorem tuum atq; pontificem innumeris decorasti miraculis: tri-bue nobis quæsumus: ut eius meritis & precibus a gehenne incendiis libe-remur. per dominum. Sacra.

Sanctifica quæsumꝰ domine obla-ta munera: q̃ in ueneratione sancti antistitis nicolai offeruntur: ut per ea uita nostra inter aduersa ubiq; di-rigatur & prospera. Per dominum nostrum. Post cõmu.

Sacrificia que sumpsimus domine pro solemnitate sancti pontificis tui nicolai: sempiterna nos protectione confirment. per dominum.

¶ In consecratione sancti ambrosii episcopi.

DEus mũdi auctor & conditor qui hodierne festiuitatis diem beati ambrosii sacerdotii electione cõsecrasti: presta populo tuo: ut cu-ius annua celebritate deuotis resul-tat obsequiis: eius sufragiis tue pie-tatis consequatur auxilium. Per do-minum nostrum. Sacra.

Interuentu precis & obtentu ora-tionis beati ambrosii sacerdotis & confessoris tui domine: his muneri-bus tibi oblatis benedictionẽ effun-de de cęlis: quo ex eis sumentes & oĩ-bus careamus culpis: & celestibus re-pleamur eduliis. per dominum no-strum. Post commu.

Repleti domine muneribus tuis: q̃ de festiuitate beati sacerdotis & con-fessoris tui ambrosii percepimus: tri-bue quæsumus ut eorum emunde-mur effectu: & uiuamus auxilio. p.

¶ In octaua sancti andree. Oratio.

PRotegat nos domine sepiꝰ bea-ti andree apostoli tui repetita solemnitas: ut cuius patrocinia sine intermissione recolimus: perpetuã

defensionem sentiamus. Per dominum nostrum. Sacra.

Indulgentiam nobis prebeant hęc munera quæsumus domine largiorem: que ꝑ uenerabilis andree apostoli tui suffragiis offeruntur. Per.

Post communicanda.

Adiuuet familiam tuā tibi supplicando beatus andreas apostolus: & pius interuentor efficiatur: q tui nominis extitit predicator. Qui ui.

℄ In conceptione beate Marie. Oratio.

Deus qui beate Marie uirginis conceptionem angelico uaticinio parentibus ꝓdixisti: ꝓsta familie tue ipsius muneri ꝓsidiis: cuius cōceptionem sacra frequentatione cōgrua ueneratur. Per. Sacra.

Unigeniti tui domīe nobis succurrat humanitas: ut qui natus ex uirgine matris integritatem non minuit sed sacrauit: in conceptione eius solemnia nostris nos periculis exuens oblationem nostrā sibi faciat acceptam. Qui tecum. Post cōmu.

Sumpsimus dn̄e celebritatis annue uotiua sacramenta: ꝓsta q̄s: ut intercedente beata dei genitrice maria & temporalis nobis uite remedia prebeant & eterne. Per dominū.

℄ Eulalie uirginis. Oratio.

Deus qui beate uirginis & martyris tue eulalie animam ad ostēdendā innocentie uiā: in colūbe specie uidentibus cunctis cęlū penetrare fecisti: concede nobis precibus ipsius innocenter uiuere: ut ad eadē mereamur gaudia peruenire. per dominum nostrum Post cōmu.

Muneribus nostris domine te magnificamus oblatis: que in sancte nobis solemnitatibus eulalie uirginis & martyris tue offerimus: ut & gaudia eterna cōcilies & patrocinia sempiterna largiaris. Per dominum nostrum. Post cōmu.

Sumpta sacra mysteria q̄s domine deus noster propitius in nobis cōseruare digneris: & intercedente beata eulalia martyre tua: angelicis turbis ad desideria euehi mereamur & ꝓuehi: quibꝰ etiā ipsam dignatus es in terris positam custodire. per.

℄ Sancti damasi pape. Oratio.

Da quæsumus omnipotēs deus ut beati damasi confessoris tui atq; pontificis ueneranda solemnitas: & deuotionem nobis augeat & salutem. per. Sacra.

Sancti tui nos domine quæsumus ubiq; letificent: ut dum eorum merita recolimus. patrocinia sentiamꝰ Per dominum nostrum. Post cō.

Presta q̄s omnipotens deus: ut de ꝑceptis muneribus gr̄as exhibētes: beneficia potiora sumamus. per.

℄ Sancte lucie. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: ut sicut de beate lucie uirginis & martyris tue festiuitate gaudemꝰ: ita pie deuotionis erudiamur effectu. per dominum. Sacra.

Accepta tibi sit dn̄e sacrata plebis oblatio ꝓ tuorū honore sanctorū. quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum. Post cōmu.

Saciasti domine familiā tuā muneribus sacris: eius q̄sumus interuentione nos refoue: cuius solemnia celebramus. per dominum.

¶ Sancti thome apostoli. Oratio.

DA nobis q̄s domine beati apostoli tui thome solemnitatibus gloriari: ut eius semper patrociniis subleuemur: & fidem congrua deuotione sectemur. per. Sacra.

Debitū domine nostre reddimus seruitutis: suppliciter exorantes: ut suffragiis beati apostoli tui thome in nobis tua munera tuearis: cuius honorando confessionē: laudis tibi hostias immolam⁹. per. Post cō.

Conserua domine populū tuū: & quē sanctorū tuorū presidiis non desinis adiuuare: ꝑpetuis tribue gaudere remediis. Per dominum.

¶ Translatio isidori. Oratio.

PRotegat nos quæsumus domine bti isidori cōfessoris tui atq; pontificis intercessio gloriosa: ut cuius sumus illuminati doctrinis eius semp muniamur auxiliis. p. Sacra.

Sācti tui quæsumus domine nos ubiq; letificent: ut dum eorū merita recolimus patrocinia sentiam⁹. Per dominum. Post commu.

Presta quæsumus omnipotēs deus ut de preceptis muneribus gratias exhibētes: intercedente beato isidoro confessore tuo atq; pontifice beneficia potiora sumamus. per.

¶ De sancto stephano. Oratio.

DA nobis quæsumus dn̄e imitari quod colimus: ut discam⁹ & inimicos diligere: quia eius natalicia celebram⁹ qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dominum nostrum iesum christum filium tuū. Qui tecum uiuit. Sacra.

Suscipe domine munera pro tuorū commemoratione sanctorum: ut sicut illos passio gloriosos fecit: ita nos deuotio reddat innocuos. per dominum nostrum. Post cō.

Auxilientur nobis domine sumpta mysteria: & intercedente beato stephano ꝓthomartyre tuo sempiterna nos protectione cōfirment. per.

¶ Sancti ioannis euangeliste. Orō.

ECclesiam tuam domine benignus illustra: ut beati ioannis apostoli tui & euangeliste illuminata doctrinis: ad dona perueniat sempiterna. per dominum. Sacra.

Suscipe munera dn̄e: que in eius tibi solemnitate deferimus: cui⁹: nos cōfidimus patrocinio liberari. Per dominum. Post cōmu.

Refecti cibo potuq; celesti deus noster te suppliciter deprecamur: ut in cuius hec cōmemoratione ꝑcepim⁹ eius muniamur & precibus. per.

¶ Sanctorū innocentiū. Oratio.

DEus cuius hodierna die preconiū innocentes martyres non loquendo sed moriēdo confessi sunt omnia in nobis uitiorū mala mortifica: ut fidē tuā quā lingua nr̄a loquitur: etiā morib⁹ & uita fateamur. p.

¶ Sancti siluestri. Oratio.

DA quæsumus omnipotēs deus: ut beati siluestri confessoris tui atq; pontificis ueneranda solemnitas & deuotionē nobis augeat & salutem. per dominum.

¶ Sancte columbe. Oratio.

INdulgentiam nobis domine beata colūba uirgo & martyr imploret: que tibi grata semper extitit: & merito castitatis & tue professiōe uirtutis. per dominum.

¶ Sancti hilarii. Oratio.

DEus cuius miseratione delinquentes incitantur ad ueniā: iusti & transferuntur ad palmā qui infusus in corde beati hilarii antistitis quasi de templo fidei responsa dedisti: cōcede propitius: ut qui tuum inclitum confessorem fecisti cesarē non timere: intercessione eius ab speciali hoste plebē protegas obsecrantem: ut cuius in solemnitate tripudiat eius sit fida prece deffensa. per.

ℭ Marthe uirginis. Oratio.

EXaudi dn̄e populū cū sc̄tōrum tibi patrocinio supplicātem: ut tēporalis uite nos tribuas pace gaudere: & eterne reperire subsidiū. per dominum. Sacra.

Suscipe & sanctifica adonai deus hoc munus oblatū & concede: ut ad salutē nostrā caro & sanguis fiat filii tui meritis illius: qui illum gratanter hospitio suscepit dominum nostrum. Qui tecum. Post commu.

Quæsumus omnipotēs de⁹: ut piis sacramētis q̄ sumpsimus: & meritis beate marthe filii tui: hospite: hic & in futuro uiuamus. Per eundem.

ℭ Sanctorum fabiani & sebastiani.

INfirmitatē nostrā respice omnipotens deus: & quia pondus proprie actionis grauat: beati fabiani martyris tui atq; pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per dn̄m nostrum. Alia oratio.

Deus qui beatū sebastianum martyrem tuum uirtute cōstantie in passione roborasti: ex eius nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere: & nulla eius aduersa formidare. Per dominum.

ℭ Sancte agnes. Oratio.

OMnipotēs sempiterne deus qui infirma mundi eligis: ut fortia queq; confundas: concede propitius: ut qui beate agnes uirginis & martyris tue solemnia colimus: eius apud te patrocinio sentiam⁹. p. Sac.

Hostias tibi domine quas offerim⁹ propiti⁹ respice: & intercedēte beata agnes uirgine & martyre tua: uincula peccatorum nostrorum absolue. Per. Post cōmu.

Refecti cibo potuq; cęlesti: deus noster te suppliciter exoram⁹: ut in cuius hęc cōmemoratiōe percepimus. eius muniamur & p̄cibus. p domi.

ℭ Sancti uincentii. Oratio.

ADesto domine supplicationibus nr̄is: ut qui ex iniq̄tate nostra reos nos esse cognoscimus: beati uincentii martyris tui intercessione liberemur. Per dominum.

ℭ Conuersio sancti pauli. Orō.

DEus qui uniuersum mūdū beati pauli apostoli predicatione docuisti: da nobis quęsumus: ut qui eius hodie conuersionem colimus: per eius ad te exēpla gradiamur. p.

ℭ In festo purificationis. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus: maiestatē tuā supplices exoramus: ut sicut unigenitus fili⁹ tu⁹ hodierna die cum nr̄e carnis substantia in tēplo est p̄sentatus: ita nos facias purificatis tibi mētibus p̄sētari. p eū.

ℭ Sancte agathe. Oratio.

DEus q̄ inter cetera potētie tue miracula etiam in sexu fragili uictoriā martyrii cōtulisti: concede propitius: ut q̄ beate agathe martyris tue natalicia colimus: per eius ad te exempla gradimur. Per dominū.

¶ Sancte scolastice uirginis. Oro.

FAmiliam tuā q̄s dn̄e beate uirginis tue scolastice meritis ꝓpitius respice: ut sicut ad obtinendū ipsius precibus: quod cupiuit imbrē celitus descendere fecisti: ita eius supplicationibus ariditatem nostri cordis superne dignerit gratie rore perfundere. Per.

¶ Cathedra sancti petri. Oro.

DEus qui beato petro apostolo tuo colatis clauibus regni cęlestis. animas ligandi atq̧ soluendi pontificium tradidisti: concede ut intercessionis eius auxilio a peccatorum nostrorū nexibꝰ liberemur. p.

¶ Sancte matthie. Oratio.

DEus qui beatum matthiā apostolorum tuorum collegio sociasti: tribue quæsumus: ut eius interuentione tue circa nos pietatis semper uiscera sentiamus. p. Sacra.

Deus qui proditoris apostate ruinam: ne apostolorum tuorum numerus sacratus perfectione careret. beati matthie apostoli electione supplesti: presentia munera sanctifica: & per ea nos gratie tue uirtute confirma. Per dominum. Post cōmu.

Presta quæsumus omnipotens deus: ut per hęc sancta que sumpsimus interueniente b̄to matthia apostolo tuo: ueniā consequamur & pacē. p.

¶ Sancti gregorii. Oratio.

DEus qui nos beati gregorii cōfessoris tui atq̧ pōtificis ānua solēnitate letificas: concede ꝓpitius: ut cuiꝰ opere atq̧ doctrina scripture tue mysteria multa cognouimus: eius apud te semper patrocinia sētiamus. Per dominum.

¶ Transitum sc̄ti benedicti. Oro.

OMnipotens sempiterne deus: q̄ hodierna die carnis eductū de ergastulo beatissimū confessorē tuū benedictū subleuasti ad cęlū: cōcede q̄s hec festa tuis famulis celebrātibus cūctorū ueniā peccatorum: ut que exultātibus animis eiꝰ claritate congaudent: ip̄o apud te interueniēte cōsociētur & meritis. Per dn̄m.

¶ Annūtiatio sc̄tē marie. Oratio.

DEus qui de b̄te marie uirginis utero uerbū tuū angelo nunciante: carnē suscipere uoluisti: p̄sta supplicibus tuis: ut qui uere eam genitricē dei credimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. per eundem dn̄m nostrum. Alia oratio.

DEus qui hodierna die uerbum tuum b̄te marie uirginis aluo coadunare uoluisti: fac nos hæc sacramenta ita pagere: ut tibi placere ualeamus. Per dominum.

¶ Marci euangeliste. Oratio.

DEus qui nos beati marci euangeliste concedis natalicio perfrui: da ecclesie tue q̄s & amare quod credidit & p̄dicare qd̄ docuit. p. do.

¶ In die apostolorū philippi & iacobi. Oratio.

DEus qui nos annua apostolorū tuorum philippi & iacobi solēnitate letificas: presta quæsumus: ut quorum gaudemus meritis instruamur exemplis. Per dominum.

¶ Inuentio sācte crucis. Oro.

DEus q̄ in p̄clara salutifere crucis inuētione passionis tue miracula suscitasti: concede ut uitalis ligni precio: eterne uite sufragia cōsequamur. Qui uiuis.

¶ Ioannis ante portam latinam. Oratio.

DEus qui conspicis quia nos undiq; mala nostra perturbāt: p̄sta quæsumus: ut beati ioannis apostoli tui intercessio gloriosa nos pro tegat. Qui uiuis & regnas.

¶ Michaelis archangeli. Oratio.

DA nobis omnipotēs deus: beati archangeli tui michaelis eatenus honore proficere: ut cuius in terris gloriam predicamus eius precibus adiuuemur in cęlis. Per dñm.

¶ Nerei & achilei. Oratio.

SEmper nos domine martyrum tuorū nerei & achilei atq; pancratii foueat quæsumus domie beata solemnitas & tuo dignos reddat obsequio. Per dominum.

¶ Sācti medardi confessoris. Orō.

EXaudi domine preces nostras & interueniente beato cōfessore tuo atq; pōtifice medardo: supplicationes nostras placatus intēde. p.

¶ Primi & feliciani. Oratio.

HAc nos domine sanctorum primi & feliciani festa deuotis mētibus celebrare: atq; eorū sufragiis suffulti: protectionis tue dona sentiamus. Per dominum.

¶ Barnabe apostoli. Oratio.

SAncti barnabe apostoli tui nos quæsumus domine solemnitas tueatur: quia tanto fiducialius tuo nomine suplicamus: quāto frequentius apostolorū confouemur exemplis. Per.

¶ Vigilia sancti ioānnis baptiste.

PResta quæsumus omnipotens deus: ut familia tua per uiā salutis incedat: & beati ioannis precursoris hornamenta sectādo: ad eūm quē predixit secura mente perueniat Per. ¶ In die. Oratio.

DEus qui presentē diem honorabilē nobis in beati ioannis natiuitate fecisti: da famulis tuis spiritualiū gratiam gaudiorum: & omniū fidelium mentes dirige in uiam salutis eterne. Per dñm.

¶ Ioānis & pauli martyrum. Orō.

QVæsumus omnipotens deus: ut geminata nos leticia hodierne festiuitatis exipiat: q̄ & beatorum ioannis & pauli glorificatione procedit: quos eadem fides & passio uere fecit esse germanos. Per.

¶ Vigilia apostolorum petri & pauli. Oratio.

DEus qui apostolorum petri & pauli nobis gloriosa natalicia preire concedis: tribue q̄sumus eorū nos semper & beneficiis preueniri: & orationibus adiuuari. p. In die.

Deus qui hodiernam diē apostolorum tuorum petri & pauli martyrio cōsecrasti: da quæsum⁹ ecclesie tue in omnibus sequi preceptū: per quos religionis sumpsit exordium. Per dominum nostrum.

¶ Cōmemoratio sctī pauli. Oratio.

DEus qui multitudinem gētiū beati pauli apostoli tui predicatione docuisti: da nobis ut cuius natalicia colimus: eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominum.

¶ Eodem die sancti marcialis. Oratio.

DEus qui uenerabilē beati martialis confessoris tui atq; pontificis festiuitatē solēniter recurrētem populo tuo dedicasti: concede no-

bis:ut q̄ in ei' honore deposcimus eo suffragāte cōseq mereamur. per.

ℭ Sanctorum martyrum Processi & Martiniani. Oratio.

DEus qui nos sanctorum tuorū processi & martiniani confessionibus gloriosis circundas & protegis: da nobis eorum imitatione proficere & intercessione gaudere. per.

ℭ Trāslatio sancti martini. Oratio.

OMnipotens & misericors deus qui inter cetera miracula sancti con fessoris tui martini: etiam in die trāslationis sacri corporis illius angelicam reuelationē populo tuo demonstrasti: p̄sta nobis petētibus: huius patroni suffragantibus meritis: ut ea q̄ sunt placita: digno affectu & deuotis mētibus exequamur. p do.

ℭ Octaua die apostolorum petri & pauli. Oratio.

DEus cuius dextera beatum petrum apostolū ambulātē in fluctibus: ne mergeretur erexit: & coapostolum eius paulum tertio naufragantem & profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius & cōcede: ut amborum meritis eternitatis gloriam consequamur. Per.

ℭ Marie magdalene. Oratio.

LArgire nobis clemētissime pater quod sicut bt̄a maria magdalena dominū nostrum iesum christum super omnia diligendo: suorū obtinuit ueniam peccaminum: ita nobis apud misericordiā tuā sempiternā impetret beatitudinē. p eun.

ℭ Iacobi apostoli. Oratio.

ESto domine plebi tue sanctificator & custos: ut apostoli tui iacobi munita presidiis: & conuersatione tibi placeat: & secura mente deseruiat. Per dominum.

ℭ Sanctorum martyrum simplicii faustini beatricis. Oratio.

PResta quæsumus dn̄e: ut sicut populus christianus martyrum tuorū simplicii faustini & beatricis temporali festiuitate congaudet: ita perfruatur eterna: & quod uotis celebrat: cōprehēdat effectū. Per.

ℭ Vincula sancti petri. Oratio.

DEus qui beatum petrum apostolū a uinculis absolutum: illesum abire fecisti: nostrorum quæsumus absolue uincula peccatorum: & omnia mala a nobis propiciatus auerte. per dominum.

ℭ Stephani gamalielis. & nicodemi. Oratio.

DEus qui nos annua preclare inuentionis sanctorum tuorum stephani gamalielis nicodemi atq; abibom solennitate letificas: presta quæsumus: ut quos in celesti gloria sublimatos miraculis in terra decorasti: apud paternam pietatis tue clementiam intercessores semper habere mereamur. Per.

ℭ Sixti pape. Oratio.

DEus qui conspicis quia ex nulla nostra uirtute subsistimus: concede propitius: ut intercessione beati sixti martyris tui atq; pontificis contra omnia aduersa muniamur. Per dominum.

ℭ In die transfigurationis dn̄i nostri iesu christi. Orō.

DEus qui unigenitum tuum hodierna die mirabiliter transformarum celitus utriusq; testamenti patribus reuelasti: da nobis quæsu

mus beneplacitis tibi actib⁹ ad eius semper cōtemplandum pertingere gloriam: in quo tue paternitate optime cōplacuisse testatus es. Per eun.

¶ De sancto laurentio. Oratio.

DA nobis quæsumus omnipotens deus uitiorū nostrorū flāmas extinguere: qui beato laurētio martyri tuo tribuisti tormentorum suorum incendia superarst. Per do.

¶ Tiburtii martyris. Oratio.

BEati tiburtii nos domine foueāt continuata presidia: quia non desinis propitius intueri: quos talib⁹ auxiliis cōcesseris adiuuari. per.

¶ VIGILIA ASSVMPTIONIS beate Marie. Oratio.

DEus qui uirginalem aulā beate marie in qua habitares eligere dignatus es: da q̄sumus: ut sua nos deffensione munitos: iocundos faciat sue interesse festiuitati. Qui uiuis & regnas. Sacra.

Munera nostra dn̄e apud clementiā tuam dei genitricis commēded oratio: quam idcirco de presenti seculo transtulisti: ut pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per eundem. Post commu.

Concede quæsumus omnipotens deus fragilitati nostre presidium: ut qui sancte dei genetricis requiem celebramus: intercessionis eius auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem.

¶ In die. Oratio.

Ueneranda nobis dn̄e huius diei festiuitas opem conferat salutarem: in qua sancta dei genitrix mortem subiit tēporalem: nec tamen mortis nexibus deprimi potuit que filiū tuum dominū nostrū de se genuit incarnatum. Qui tecum. Sacra.

Subueniat domine plebi tue dei genitricis oratio: quam & si pro conditione carnis migrasse cognoscimus in celesti gloria ꝓ nobis apud te orare sentiamus. Per eun.

Mense celesti participes effecti imploramus clementiam tuam domine deus noster: ut qui festa sancte dei genitricis colimus: a cunctis malis imminentibus eius intercessionibus liberemur. Per eundem.

¶ Octaua die sancti laurētii. Orō.

BEati Laurentii q̄sumus domine nos faciat passio ueneranda letantes: & ut eam sufficienter recolamus dignos efficiat. p. Sacra.

Beati laurentii martyris tui honorabilē passionem muneribus domine geminatis exequimur: que licet propriis sit memoranda principiis indesinenter tamē permaneat gloriosa. Per. Post cōmu.

Solemnis domine nobis intercessio beati laurētii martyris tui quesumus prestet auxilium: ut celestis mēse participatio quam sumpsimus: tribuat ecclesie tue recensitam leticiā. Per dominum.

¶ Agapiti martyris. Oratio.

LEtetur ecclesia tua deus beati agapiti martyris tui cōfisa suffragiis: atq; eius precibus gloriosis: & deuota permaneat & secura consistat. Per dominum.

¶ Octaua die sancte Marie. Oratio.

FAmulorum tuorū quæsumus domine delictis ignosce: ut qui tibi placere de actibus nostris non

ualemus genitricis filii tui domini nostri intercessione saluemur. p eūdem dominum nostrum.

¶ Timothei & simphoriani. Oratio.

BEnedictio tua domine impleat corda fideliū talesq; efficiat qui & martyrum tuorum timothei & simphoriani passionem honorificent: & remedia salutis eterne eorūdem patrocinantibus meritis assequantur. Per dominum.

¶ Bartholomei apostoli. Oratio.

OMnipotēs sempiterne deus: qui huius diei uenerandam sctāmq; leticiam beati apostoli tui bartholomei festiuitate tribuisti: da ecclesie tue quæsumus: id amare quod credidit & predicare quod docuit. per.

¶ Augustini episcopi. Oratio.

ADesto suplicationibus nostris omnipotens deus: & quibus fiduciam sperande pietatis indulges intercedente beato augustino confessore tuo atq; pontifice: consuete misericordie tribue benignus effectum. Per dominum.

¶ Gerini atq; iuliani. Oratio.

DEus qui beatos martyres tuos gerinum atq; iulianum uirtute constantie in passione roborasti: ex eorum nobis imitatione tribue pro amore tuo ꝓspera mundi despicere & nula eius aduersa formidare. per.

¶ Decollatio sancti ioannis baptiste. Oratio.

SAncti ioānis baptiste & martyris tui domine quæsumus ueneranda festiuitas: salutaris auxilii nobis prestet effectum. Per dominum.

¶ Felicis & adaucti. Oratio.

MAiestatem tuā suplices deprecamur: ut sicut nos iugiter sāctorum tuorum felicis & adaucti cōmemoratione letificas: ita semp supplicatione deffendas. Per do.

¶ Egidii abbatis. Oratio.

PRetende nobis domine misericordiam tuā: ut beati egidii abbatis itercessio: cuius nos dedisti patrociniis adiuuari: tribue ut maiestatem tuā iugiter exoret ꝓ nobis. Per.

¶ Antonini. Oratio.

OMnipotēs sempiterne deus fideliū indeficiens conseruator qui gloriosi martyris tui ātonini clarificare dignatus es solēnitatem exaudi preces supplicantis ecclesie: & presta: ut quod deuote expetit: eo suffragante consequi mereatur. per.

¶ Natiuitas sancte marie. Oratio.

SVpplicationem seruoꝝ tuoꝝ deus miserator exaudi: ut qui natiuitate dei genitricis marie congregamur: eius intercessionibus a teda instantibus periculis eruamur. Per eundem. Sacra.

Vnigeniti tui dn̄e nobis sucurrat humanitas: ut qui natus de uirgine matris integritatem non minuit sed sacrauit: in natiuitatis eius solemnis a nr̄is nos ꝑiaculis exuens: oblationem nostrā sibi faciat acceptā. Qui cum uiuit. Post commu.

Sumpsimus domie celebritatis annue uotiua sacramenta: presta quæsumus: ut temporalis nobis uite remedia prebeant & eterne. Per.

¶ Adriani martyris. Oratio.

COncede quæsumus omnipotens deus ut sancti adriani mar

tytis tui sociorumq; eius ueneranda festiuitas salutaris auxilii prestet augmentum. Per eundem.

¶ Exaltatio sācte crucis. Orō.

DEus qui nos hodierna die exaltationis sancte crucis annua solemnitate letificas: presta quæsum⁹: ut cuius mysterium in terra cognouimus eius redemptionis premia cōsequi mereamur. Per eundem dominum nostrum. Sacra.

Iesu christi domini nostri corpore signati: per quem crucis est sāctificatum uexillum: quæsumus domine deus noster: ut sicut illam adorare meruimus: ita peremnitatis ei⁹ gloria salutari potiamur effectu. Per eundem dominum. Post cōmu.

Quæsum⁹ omnipotēs de⁹ ut quos diuina facis participatione gaudere: hūanis nō sinas subiacere piculis. p.

¶ Sanctorum martyrum corneli & cipriani. Orō.

INfirmitatem nostram q̄sumus domie propitius respice: & mala omnia que iuste meremur: sanctorum martyrum tuorum cornelii & cipriani intercessione auerte. p.

¶ Sc̄ti nicomedis. Oratio.

ADesto domine populo tuo: ut bt̄i nicomedis martyris tui merita preclara uenerantes adipetrandam misericordiam tuā semper eius patrociniis adiuuemur. Per.

¶ In uigilia sancti matthei apostoli. Oratio.

DA quæsumus omnipotēs deus ut beati matthei apostoli tui & euangeliste quā preuenim⁹: uenerāda solēnitas & deuotionem nobis augeat & salutē. p. In die. Oratio.

BEati matthei apostoli tui & euāgeliste quæsumus domie precibus adiuuemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet: eius nobis intercessione donetur. p. Sacra.

Supplicationibus apostoli tui matthei & euangeliste quesumus dn̄e: tue ecclesie oblatio accepta reddatur: atq; magnificis eius predicationibus semper erudiatur: & deuota permaneat. Per dominum.

¶ Mauricii. Exuperii. Innocentii martyrum. Oratio.

DEus q̄ es omniū sanctoꝝ tuorū splēdor mirabilis quiq; hūc diem in honore beatorum martyrum tuorum mauritii: exuperii: cādidi: uictoris innocentii: & uitalis sociorumq; eorum martyrio consecrasti: da ecllesie tue de eorū letari solennitate: ut apud misericordiā tuā exemplis eorum & meritis adiuuemur. Per dominum.

¶ Cosme & damiani. Oratio.

PResta quæsumus omnipotens deus: ut qui sanctorum martyrū tuorum cosme & damiani natalicia colimus: a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. Per.

¶ Sācti michaelis archāgeli. Orō.

DEus qui miro ordine angelorū ministeria hominumq; dispensas concede propitius: ut a quibus tibi ministrantibus in cęlo semper assistitur: ab his ī terra nostra a uita muniamur. Per. Sacra.

Hostias tibi domine laudis offerimus suppliciter deprecantes: ut easdem angelico pro nobis interueniente suffragio & placatus accipias:

& ad salutem nostram peruenire cō cedas. per dominum. Post commu.

Beati archangeli tui michaelis interuētione suffulti supplicitér te domine deprecamur: ut quod ore prosequimur: cōtingamus & mente. p.

¶ Sancti hieronimi. Oratio.

SAncti nos domīe hieronimi natalicia uotiua letificēt: & sue beneficiis intercessionis attollāt. p.

¶ Remigii & germani. Oratio.

EXaudi domine populū tuū & sanctorū confessorū tuorū remigii & germani uedasti antistitum solemnia celebrātes temporalis uite nos tribue pace gaudere: & eternū reperire subsidiū. Per dominum.

¶ Sancti Francisci cōfessoris. Orō.

DEus qui ecclesiam tuam beati Francisci meritis fetu noue ꝓlis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena despicere: & celestium dominorum semper participatione gaudere. Per dominum.

¶ Marci pape. Oratio.

EXaudi domine p̄ces nostras & interueniēte beato marco confessore tuo atq; pontifice: supplicationes nostras placatus intende. p.

¶ Calixti pape. Oratio.

DEus qui nos conspicis ex nostra infirmitate deficere: ad amorem tuū nos misericorditer per sanctorum tuorum exempla restaura. Per dominum.

¶ Luce euangeliste. Oratio.

INteruéniat pro nobis domine quæsumus sanctus Lucas euangelista: qui crucis mortificatione iugiter in suo corpore pro tui nominis amore portauit. per dn̄m. Sacra.

Donis celestibus da nobis domine quæsumus libera tibi mēte seruire: ut munera q̄ deferimus interueniente beato euangelista tuo luca: & medelam nobis operentur & gloriam. Per dominum. Post commu.

Repleti domine benedictione celesti suppliciter exoramus ut quod fragili celebramus officio: beati Luce euangeliste tui nobis prodesse sentiamus auxilio. per dominum.

¶ In festo undecim millium uirginum. Oratio.

QVæsumus omnipotens deus: q nos beatorū uirginū & martyrum annua solemnitate letificas: tu piis p̄cibus nostroꝝ peccatoꝝ remissionē tribue: quatinus recto tramite ad perpetuam beatitudinem mereamur feliciter peruenire. per.

¶ In uigilia apostolorum simonis & iude. Oratio.

COncede quæsum⁹ omnipotēs deus: ut sicut apostoloꝝ tuorū simonis & iude gloriosa natalicia preuenimus: sic ad tua beneficia promerenda: maiestatem tuam pro nobis ipsi preueniant. Per. In die.

Deus qui beatos apostolos tuos simonem & iudam ad agnitionē tui nominis uenire tribuisti: da nobis eorum gloriam sempiternam & proficiando celebrare: & celebrādo proficere. per. Post cōmu.

Preceptis domine sacramētis: supplices te rogamus: ut intercedentibus beatis apostolis tuis simone & iuda: que pro illorum ueneranda gerimus passione: nobis proficiant ad medelam. per dominum.

¶ In uigilia omniū sanctoꝝ. Orō.

DOmine deus noster: multiplica sup nos gratiá tuá: & quoꝝ preuenimus gloriosa solemnia tribue subsequi in sancta professione leticiam. per. Sacra.

Altare tuú domine muneribus cumulamus oblatis: da quæsumus: ut ad salutem nostram omniú sanctoꝝ tuorum deprecationes proficiant: quorum solemnia uentura precurrimus. per dñm. Post commu.

Sacramétis domíe & gaudiis optata celebritate expletis: quæsumus ut eorum precibus adiuuemur: quorú recordationibus exhibentur. per.

¶ In die. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus: qui nos omnium sanctoꝝ merita sub una tribuisti celebritate: uenerari quæsumus: ut desideratá nobis tue propiciationis abundátiam multiplicatis intercessoribus largiaris. per dominum nostrum.

¶ In cómemoratione fideliú defunctorum. Oratio.

FIdelium deus omnium conditor & redemptor animabus famulorum famularúq; tuarú remissionem cunctorú tribue peccatorú: ut indulgentiá quam semper optauerút piis supplicatióibus cósequantur. Qui uiuis & regnas. Sacra.

Hostias quesumus domine quas tibi pro animabus famulorú famularúq; tuarú offerimus propitiatus intende: ut quibus fidei christiane meritum cótulisti dones & premium. per dominum. Post commu.

Animabus q̄sumus domine famulorú famularúq; tuarum omniumq; fidelium defunctorum oratio proficiat supplicantiú: ut eas & a peccatis omnibus exuas: & tue redemptionis facias esse participes. Qui ui.

¶ Sancti theodori martyris.

DEus qui nos beati theodori martyris tui cófessióe gloriosa circundas & protegis: presta nobis eius imitatione proficere: & oratione fulciri. Per dominum.

¶ In festo quattuor coronatorum. Oratio.

PResta quæsumus omnipotens deus: ut qui gloriosos martyres fortes in sua confessione cognouimus: pios apud te in nostra intercessione sentiamus. per dominum.

¶ Sancti martini. Oratio.

DEus qui conspicis quia ex nulla nostra uirtute subsistim⁹: cócede propitius: ut intercessione beati martini confessoris tui atq; pótificis contra omnia aduersa muniamur. Per. Sacra.

Da misericors deus ut hec nos salutaris oblatio: intercedente bt̃o martino confessore tuo atq; pontifice: & ad propriis reatibus indesinéter expediat: & ab omnibus tueatur aduersis. per. Post cómu.

Presta quæsumus dñe deus noster: ut cuius festiuitate uotiua sunt sacramenta: eius intercessione nobis salutaria reddantur. per dominum.

¶ Sancti bricii episcopi. Oratio.

DA quæsumus omnipotens de⁹ ut beati bricii confessoris tui atq; pontificis uenerada solemnitas & deuotioné nobis augeat & saluté. p.

¶ Sancte helisabet. Oratio.

Tuoꝝ corda fideliú deus miserator illustra: & beate helisa-

&c et p̄cibus gloriosis fac nos prospe-ra mundi despicere: & cęlesti semper consolatione gaudere. per.

¶ Sancte cecilie uirginis. Oratio.

Deus qui annua beate cecilie uirginis & martyris tue solemnitate letificas. da ut quā ueneramur officio: etiam pie conuersationis sequamur exemplo. per dominum.

¶ De sancto clemente. Oratio.

Deus qui nos annua beati clementis martyris tui atq; pōtificis solennitate letificas concede propitius: Vt cuius natalicia colimus: uirtutē quoq; passionis imitemur. per.

¶ Sācte catherine uirginis. Oratio.

Deus qui dedisti legem moysi in sumitate montis sinay: & in eodem loco corp⁹ beate chaterine uirginis & martyris tue per sanctos angelos tuos mirabiliter collocasti: cōcede propitius: ut eius meritis & intercessione ad montem qui christus est ualeamus p̄uenire. per eundem.

¶ De sancta cruce. Oratio.

Deus qui unigeniti filii tui domini nostri iesu christi precioso sanguine uiuifice crucis uexillum sanctificare uoluisti: concede quæsumus eos qui eiusdem sancte crucis gaudent honore: tua quoq; ubiq; protectione gaudere. Per.

¶ Alia oratio de cruce. tēpore resurrectionis.

Deus qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire uoluisti: ut inimicia nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis: ut resurrectionis gratiam cōsequamur. Per. Sacra.

Purifica nos misericors deus: ut ecclesie tue preces: que tibi grate sunt pia munera defferentes: fiant expiatis mentibus gratiores. Per dominum nostrum. Post commu.

Largire sensibus nostris omnipotēs deus: ut per temporalem filii tui mortem: quam mysteria ueneranda testantur: uitam nobis te dedisse perpetuam confidamus. Per eundem.

¶ Oratio beate marie.

Deus qui salutis eterne beate marie uirginitate fecunda humano generi premia prestitisti: tribue quæsumus: ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus: per quā meruimus auctorem uite suscipere. Dominum. Alia oratio.

Concede nos famulos tuos quęsumus domine deus perpetua mentis & corporis salute gaudere: & gloriosa beate marie semper uirginis intercessione: a presenti liberari tristitia & eterna perfrui leticia. Per dominum. Sacra.

Tua domine propiciatione & beate marie semper uirginis intercessione: ad perpetuam atq; p̄sentem hęc oblatio nobis proficiat prosperitatē & pacem. per. Post cōmu.

Sumptis domine salutis nostre subsidiis: da q̄sumus beate marie semp uirginis nos patrociniis ubiq; protegi: in cuius ueneratione hęc tue obtulimus maiestati. per dominum.

¶ De omnibus sanctis. Oratio.

Concede quæsumus omnipotēs deus: ut intercessio nos sancte dei genitricis semperq; uirginis marie. sanctorumq; omnium. celestium uirtutum: & beatorū patriarcharum. prophetarum. apostolo-

rum martyrum. confessorum: atq; uirginum. & omniũ electorũ tuorũ ubiq; letificet: ut dum eorum meri/ta recolimus: patrocinia sentiamus. Per dominum nostrum.

¶ Alia de omnibus sanctis.

A cũctis nos q̃sumus domine men/tis & corporis defende periculis: & in tercedẽte dei genitrice maria: & bea tis apostolis tuis petro & paulo atq; dominico: cum omnibus sanctis: salutem nobis tribue benignus & pacem ut destructis aduersitatibus & erroribus uniuersis: ecclesia tua se/cura tibi seruiat libertate. p. Sacra.

Mundet & muniat nos quæsumus domine diuini sacramenti munus oblatum: & intetcedente beata dei genitrice maria: & beatis apostolis tuis petro & paulo atq; beato domi/nico cum omnibus sanctis: a cum/ctis nos reddas & peruersitatibus ex/piatos & aduersitatibus expeditos. Per eundem.

¶ Pro quacũq; necessitate.

INeffabilem misericordiã tuam dñe nobis clementer ostẽde ut simul nos a peccatis omnib⁹ exuas: & a penis quas pro his meremur eri/pias. per dominum. Post commu.

Presta quæsumus domine: ut eter/nis affectibus expiati: ad superni ple/nitudinem sacramenti: cuius libaui/mus sancta tendamus. Per do.

¶ Pro papa. Oratio

DEus omnium fideliũ pastor & rector: famulum tuũ. N. quem pastorẽ ecclesie tue preesse uoluisti: propitius respice: da ei q̃sumus uer/bo & exẽplo q̃bus p̃est ꝓficere: ut ad uitam una cũ grege sibi credito pro ficiat sempiternam. Per dominum.

¶ Pro ecclesie tribulatione.

ECclesie tue domine preces pla/catus admitte: ut destructis ad/uersitatibus & erroribus uniuersis se cura tibi seruiat libertate. Per.

¶ Pro peccatis. Oratio.

EXaudi quesumus dñe supplicũ p̃ces: & confitentium tibi par/ce peccatis: ut pariter nobis indulgẽ tiã tribuas benignus & pacẽ. p dñm.

¶ Pro predicatoribus. Oratio.

COrda famulorũ tuoꝝ dñe illu/mina spũssancti gratia: & igni/tum eis colloquium dona: & q tuũ predicant uerbum: largire uirtutis augmentum. per. Sacra.

Famulis tuis domine uerbum tri/bue gratiosum & munera oblata sã/ctificans: corda eorũ in salutari tuo quæsumus uisita. per. Post cõ.

Conserua domine famulos tuos unigeniti tui corpore & sanguine su scepto: & tuum nunciantibus uerbũ largitatem tribue gratiarum. per.

¶ Pro familiaribus. Oratio.

DEus qui charitatis dona: per gratiã sancti spiritus: tuorum cordibus fidelium infudisti: da fa/mulis & famulabus tuis: pro quibus deprecamur tuam clementiam: sa/lutem mentis & corporis: ut te tota uirtute diligant: & que tibi placita sunt tota dilectione perficiant. Per dominum. in unitate eiusdem.

¶ Pro pace. Oratio.

DEus a quo sancta desideria: re/cta consilia: & iusta sunt ope/ra: da seruis tuis illam quam mũdus dare non potest pacem: ut & cor/da nostra mandatis tuis dedita: &

hostium sublata formidine: tempora sint tua protectione tranquilla. Per dominum. Sacra.

Deus qui credētes in te populos nullis finis concuti terroribus: dignare preces & hostias dicate tibi plebis suscipere: ut pax tua pietate concessa: tibi christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos. Per dominū nostrum. Post commu.

Deus auctor pacis & amator quem noscere: est uiuere: cui seruire regnare est: ꝓtege ab omnibus impugnationibus supplices tuos: ut qui in defensione tua confidimus: nulliꝰ hostilitatis arma timeamus. Per.

Pro iter agentibus. Oratio.

ADesto domīe supplicationibꝰ nostris & uiam famulorū tuorum in salutis tue prosperitate dispone. ut inter omnes uie & uite huiꝰ uarietates: tuo semper protegamur auxilio. Per. Sacra.

Propitiare domine supplicationibus nostris: & has oblationes quas tibi offerimus pro famulis tuis: benignus assume: ut uiā illorū: & precedēte gratia tua dirigas: & subsequēte comitari digneris: ut de actu atꝗ incolumitate eorū: secundū misericordie tue ꝓsidia gaudeamus. Per.

Pro infirmis. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus salus eterna credētiū: exaudi nos pro famulis tuis: pro quibus misericordie tue imploramus auxilium: ut reddita sibi sanitate: gratiarum tibi in ecclesia tua referat actionem. Per dominum nostrum. Sacra.

Deus cuius nutibus uite nostre momenta decurrunt: suscipe preces & hostias famulorum tuorum pro quibus egrotantibus: misericordiā tuā imploramꝰ: ut de quorum periculo metuimꝰ: de eorum salute letemur. Per dominum nostrum iesum.

Ad postulandam pluuiam

DEus in quo uiuimꝰ: mouemur & sumꝰ: pluuiam nobis tribue congruentem: ut presentibus subsidiis sufficienter aduti sempiterna fiducialius appetamus. Per.

Pro serenitate. Oratio.

AD te domine clamantes exaudi: & aeris nobis serenitatem tribue supplicantibus: ut q̄ iuste pro peccatis nr̄is affligimur: misericordia tua preueniente clemēciam sentiamus. per dn̄m.

Pro prelatis & congregatione.

OMnipotens sempiterne deus: q̄ facis mirabilia magna solus ꝓtende super famulos tuos & super cūctas cōgregationes illis commissas spiritum gratie salutaris: & ut in ueritate tibi complaceant perpetuum eis rorem tue benedictionis īfunde. per dominum nostrum.

Pro rege. Oratio.

QVæsumus omnipotēs deꝰ: ut famulus tuus rex noster q̄ tua miseratione suscepit regni gubernacula: uirtutum etiam omnium a te capiat incrementa: quibus decenter ornatus: & uitiorum monstra deuitare: & hostes superare: & ad te qui uia: ueritas & uita es: gratiosus ualeat peruenire. per dominum.

Pro tētatis & tribulatis. Oratio.

DEus qui iustificas impium: & non uis mortem peccatorū: maiestatem tuam suppliciter depre

camur:ut famulos tuos de tua mise/ricordia confidentes: cęlesti prote/gas benignus auxilio:& assidua pro tectione conserues: ut tibi iugiter fa mulentur: & nullis tentationibus a te separentur. Per dominum.

¶ Ad inuocandum gratiam sancti spiritus. Oratio.

DEus cui omne cor patet:& om nis uoluntas loquitur: & qué nullum latet secretum: purifica per infusionem spiritussancti cogitatio nes cordis nostri: ut te perfecte dili/gere: ut digne laudare mereamur. Per dominum. in unitate eiusdem.

¶ Cōtra tentationem carnis. Oro.

VRe igne sancti spiritus renes nostros & cor nostrum dñe ut tibi casto corpore seruiamus: & mūdo corde placeamus. Per domi/num. in unitate eiusdem.

¶ PRO DEFFVN/ctis orationes.

¶ Pro episcopo. Oratio.

DEus qui inter apostolicos sa/cerdotes famulū tuū pontifi/cali fecisti dignitate uigere: presta quæsumus: ut eorum quoq; ppetuo aggregetur consortio. Per dñm.

¶ Pro uiro defuncto.

INclina dñe aurem tuā ad pces nr̃as: quibus misericordiā tuam supplices deprecamur: ut animā fa/muli tui: quā de hoc seculo migra/te iusisti: in pacis ac lucis regione cō stituas: & sanctorum tuorū iubeas esse consortem. Per dominum.

¶ Pro femina. Oratio.

QVæsumus dñe: pro tua pieta/te miserere anime famule tue & a contagiis mortalitatis exutam in eterne saluatiōis partem restitue. Per dominum.

¶ In anniuersario. Oratio.

DEus indulgētiarum domine: da animabus famulorū famu larūq; tuarum: quorum anniuersa/rium depositionis diem cōmemora mus: refrigerii sedē: quietis beatitu/dinem: & luminis claritatem. Per.

Pro fratribus familiaribus & be nefatoribus. Oratio.

DEus uenie largitor & humane salutis amator: quæsum⁹ im/mensam clementiam tuam: ut no/stre cōgregationis fratres: sorores: propinquos: amicos: familiares: & benefactores nostros qui ex hoc se/culo transierūt: bt̃a maria semp uir/gine intercedente cū omnibus san/ctis: ad ppetue beatitudinis consor/tium peruenire concedas. Per do.

¶ Pro parentibus. Oratio.

DEus qui nos patrem & matrē honorare precepisti: miserere clementer animabus parentum no/strorum: eorūq; omnia peccata di/mitte: nosq; cū eis in eterne clarita/tis gaudio fac uiuere. Per dominū.

¶ De familiaribus. Oratio.

OMnipotēs sempiterne deus cui nūq; sine spe misericordie sup/plicatur: propiciare animabus fa/mulorum famularumq; tuarū: ut q de hac uita in tui nominis cōfessio/ne decesserunt: sanctorū tuorū nu/mero facias aggregari. Per dñm.

¶ Pro his qui in cimiterio requiescunt. Oratio.

DEus cuius miseratione anime fidelium requiescunt: famu/lis & famulabus tuis omnibus hic &

ubiq; in christo quiescentib⁹ da pro-pitius ueniam peccatorum: ut a cunctis reatib⁹ absolnti tecum sine fine letentur. Per dominum.

¶ Pro uiuis & defunctis. Oro.

Omnipotens sempiterne deus qui uiuorum dominaris simul & mortuorum omniumq; misereris: quos tuos fide & opere futuros esse prenoscis: te suppliciter exoram⁹ ut pro quibus effundere preces decre-uimus: quosq; uel presens adhuc se-culum in carne retinet: uel futurum iā exutus corpore suscepit: pietatis tue clementia: omnium delictorum suorū ueniam: & gaudia consequi mereantur eterna. Per dominum.

¶ Pro uiuis & defunctis. Oro.

Pietate tua quæsumus dñe no-strorū solue uincula omniū de-lictorum: & intercedente beata & gloriosa semperq; uirgine dei geni-trice Maria cū omnibus sanctis tuis: nos famulos tuos & omnem popu-lum catholicum in omni sanctitate custodi: omnesq; consanguinitate. ac familiaritate. uel confessione. & oratione nobis iunctos: uitiis omni-bus purga: uirtutibus illustra pacē & salutem nobis tribue: hostes uisi-biles & inuisibiles remoue: amicis & inimicis nostris uerā charitatē largi-re: & oīb⁹ fidelibus uiuis ac defunctis uitā & requiē eternā cōcede. p eum.

¶ Pro uitanda mortalitate.

Deus qui non mortem sed pe-nitentiā desideras peccatorū: populum tuum quęsumus: ad te cō-uerte propitius: ut dum tibi deuotus existit: iracundie tue ab eo flagella semper amoueas. Per dominum.

¶ Orationes domini no-stri iesu christi. Oratio.

Iesu nazarene respice tribulatio-nes: q̄ circūdederunt nos undi-q; & deprecor te toto corde cōtrito & humili ac in spiritu humilitatis: ut exaudias me de tribulatione. pro-pter quam te inuoco & proclamo al-pha. & o. iesu christe benedicte: pa-ter omnium credētium atq; omniū creaturarum: & sicut uerā carnem de beata uirgine maria suscepisti: ita ueraciter accipiamus quod ad te petimus. Qui uiuis & regnas.

¶ Pro tribulatione. Oratio.

Deus qui contritorum non de-spicis gemitus: & credentiū in te non spernis affectum: intercedentibus omnibus sanctis tuis a desto p̄-cibus nostris: quas tibi pro tribula-tione nostra effundimus: easq; cle-menter suscipi tribuas: ut quicquid contra nos diabolice atq; humane moliūtur aduersitatum fraudes: ad nihilum redigantur: & consilio pie-tatis tue allidantur: ut nullis aduer-sitatibus lesi: sed de omni tribulatio-ne & angustia erepti leti in ecclesia tua sancta tibi gratias referamus.

¶ Pro semetipso. Orati.

Omnipotens sempiterne deus tue gratie pietatē supplici deuotio-ne deposco: ut omnium malorum meorum uincula soluas: cunctisq; meis criminibus & peccatis clemen-ter ignoscas: & quia me indignū & peccatorē ad ministerium tuū uoca-re dignatus es: sic me idoneum mi-nistrum tibi efficias: ut sacrificium de manibus meis placide ac beni-gne suscipias; electorumq; sacerdo-

tum me participem facias: & de preceptis tuis in nullis oberrare me permittas. Per dominum. Sacra.

Deus qui te precipis a peccatoribus exorari: tibiqꝫ sacrificium contriti cordis offerri: hoc sacrificium quod indignis manibus meis offero: acceptare digneris: & ut ipsi tibi hostia & peccatorum meorum percipiam remissionem. Per. Post comu.

Deus qui uiuorum es saluator omnium: qui non uis mortem peccatorum: nec letaris in perditione morientium: te supliciter deprecor ut per hec sancta que sumpsi: concedas mihi ueniam delictoꝝ meorum: ut admissa deflcã: & deflenda postmodum non admittã: ut cũ mihi extrema dies finisqꝫ uite mee aduenerit: mũda cum a delictis omnibꝰ me angeli sancti tui suscipiant. Per.

¶ De sancto emerico. Oratio.

Deus qui emericũ iuuenili flore nitentem in sanctorum confessorum tuorum cõsorcium sublimasti presta quæsumus: ut quem tibi fecisti esse deuotum: eius apud te perpetuum sentiamus auxiliũ. Per dominum.

¶ De quinqꝫ plagis domini nostri iesu christi. Oratio.

Domine iesu christe filii dei uiui qui de celis ad terram: de sinu patris decendisti: & in ligno crucis quinqꝫ plagas sustinuisti: & sanguinem tuum preciosum in remissioné peccatorũ nostrorum fudisti: te humiliter imploramꝰ: ut in die iudiccii ad dexterã tuã audire mereamur: uenite benedicti pr̃is mei. Qui uiuis.

¶ De tribus magis. Oratio.

Deus qui tres magos orientales. gaspar. melchior: & balthasar. ad filii tui dñi nr̃i iesu christi cunabula: ut eum misticis adorarent munéribꝰ: sine impedimento duxisti & reduxisti: cõcede famulis tuis in hoc itinere quod peracturi sunt per ipsorum trium regũ pias intercessiones & merita: pacem & prosperitaté ac sanitaté: quatenꝰ ipso uero sole: uera stella: & uero lumine ducente ad loca optata: sine offensione & impedimento puenire mereãtur. p eun.

¶ De diuisione apostolorũ. Oro.

Deus qui diuisioné apostolorũ tuorum hodierna die per mundum fieri in tua prouidentia ꝑordinasti: ut in una fidei gratia gentium per orbem ubiqꝫ dispersa uocaretur ecclesia: da nobis per supplicationé ipsorũ ueniã promereri peccatorũ: quorũ uera predicatione ad tui sc̃ti nominis preueniamꝰ agnitioné. p.

¶ De sancto stephano rege & confessore ungarorum. Oratio.

Deus qui beatũ stephanũ regem & cõfessorem tuũ terreni imperii gloria & honore coronasti: & sanctorum tuorũ societate sublimasti: presta q̃s: ut quem panonia habuit diuine religionis doctorem in terris eũ modo ecclesia tua mereatur habere defensorem in celis. Per.

¶ De sc̃tõ gregorio pro defunctis.

Omnipotens sempiterne deꝰ: qui nos beati gregorii confessoris tui atqꝫ pontificis cõmemoratione letificas: concede propitius ut q̃ eius precibꝰ & meritis defunctorum animas a suppliciis misericorditer liberasti: liberes quoqꝫ eiusdé piis suffra

giis animā famuli tui. N. a tormentis eternis: ereptamq; celestium bonorum facias esse consortem. Per.

¶ Hec oratio dicatur ante benedictiones sequentes.

Deus q famulo tuo moysi in liberatione populi tui de egypto: agnū occidere iussisti i similitudinem dñi nostri iesu xp̄i: & utrosq; postes domorum de sanguine huius agni perūgi p̄cepisti: ita bñdicere & sanctificare digneris hanc creaturā carnis: quam nos famuli tui ad laudem tuam sumere desideramus. per resurrectionem domini nostri iesu christi. Qui tecum.

¶ Benedictio carniū uel auiū. orō.

Dignare dñe deus op̄s benedicere & sanctificare has ouium siue auium carnes: ut quicūq; ex populis tuis fideliter de eis comederint: omni benedictione cū gratia saturati repleantur bonis. Per.

¶ Benedictio casei & ouorum.

Deus creator & cōseruator generis humani dator & gratie spiritualis: largitor eterne salutis domine: effunde bñdictioné tuā super hanc creaturā casei & ouorū: ut aromata celesti defensione: qcūq; ex eis gustauerint: sibi proficiat ad eternā salutem. Per dominum nostrum.

¶ Benedictio panis.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus: benedicere digneris: hunc panē tua sancta spirituali benedictione: ut sit omnibus sumentibus salus mentis & corporis: atq; contra omnes morbos & uniuersas inimicorum insidias tutamentū. Per dominum.

¶ Benedictio loci uel domus.

Benedic domīe deus omniopt̄es locū istū: uel domū istam: ut sit in eo uel in ea sanitas. castitas. uictoria. uirtꝰ. humilitas. bonitas. & mansuetudo. plenitudo legis & gratiarū actio deo patri & filio & spiritui sc̄tō. & hec benedictio maneat super hūc locum: uel super hanc domum: & super habitantes in eo: uel in ea. Per dominum nostrum.

¶ Benedictio unicuiq; rei.

Benedic domine creaturā istam. N. uel. N. ut sit remediū salutare generi humano: & presta per inuocationem tui sancti nominis: ut quicūq; ex ea sumpserint uel gustauerint: corporis sanitatem & anime tutelam percipiant. Per.

¶ Benedictio nouorum fructum.

Benedic domine hunc fructum nouum arborum: ut hi q utūtur eo: sint mente & corpore sanitati restituti. Per dominum.

¶ Benedictio uue uel fici.

Benedic domine hos fructus nouos uue siue ficuū: quos tu dñe per rorem celi: & inūdantiā pluuiarū: & tēpora serena atq; tranquilla ad maturitatem producere dignatꝰ es percipiendos nobis cum gratiarū actione. per dominum.

¶ Benedictio ouorum.

Subueniat q̄s domine tue benedictionis gratia huic ouorum creature: de qua pullos gallinarum procreare dignatus es: ut cibus salubris fiat fidelibus tuis in tuarum gratiarum actione sumentibus. per.

¶ DE ORATIONIBVS ad catecuminum faciēdum.

OMnipotens sempiterne deus pater domini nr̄i iesu xp̄i respicere dignare super hunc famulū tuū. N. quem ad rudimenta fidei uocare dignatus es: omnem cecitatem cordis ab eo expelle: disrumpe oēs laqueos sathane: quibus fuerat colligatus. Per xp̄m dn̄m nostrum.

Aperi ei dn̄e ianuam pietatis tue & signo sapientie tue imbut⁹: omniū cupiditatum fetoribus careat: & ad suauē odorē preceptorū tuorū letus tibi in ecclesia tua deseruiat: & proficiat de die in diem: ut idoneus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina. Per eundem dominum. Alia oratio.

Preces nostras q̄s domine clementer exaudi: & hunc electū tuū crucis dn̄ice impressione: quē signam⁹: uirtute custodi: ut magnitudinis glorie rudimēta seruās: per custodiā mādatorum tuorū ad regenerationis gloriā puenire mereatur. p. Alia orō.

Deus q humani generis ita es conditor: ut sis etiam reformator: propitiare populis adoptiuis: & nouo testamento sobolem noue plis ascribe: ut filii tui pmissionis quod nō potuerūt asseq per naturā: gaudeant se recepisse p gratiam. per eundem.

¶ Benedictio salis.

EXorcizo te creatura salis in nomine dei patris omnipotentis: & in charitate dn̄i nr̄i iesu christi: & in uirtute spūssancti. Exorcizo te p deum uiuū & uerū: per deum qui te ad tutelā humani generis procreauit & populo uenienti ad credulitatē: per seruos suos consecrari precepit: ut in nomine sancte trinitatis efficiaris salutare sacramentum ad effugādum inimicum: p inde rogamus te dn̄e deus nr̄: ut hāc creaturā salis sanctificando sanctifices: bn̄dicendo benedicas: ut fiat omnib⁹ accipientibus perfecta medicina pmanens in uiscerib⁹ eoꝝ in nomine dn̄i nr̄i iesu xp̄i qui uenturus est iudicare uiuos & mortuos & seculū p ignē.

Accipe sal sapientie: p quod ppiciatus sit tibi deus in uitā eternā. Orō.

Deus patrū nr̄orum: deus uniuerse conditor ueritatis: te supplices exoramus: ut hūc famulū tuū. N. respicere digneris ppitius: ut hoc primū pabulum salis gustātē nō diuti⁹ esurire pmitas: quominus cibo expleatur celesti: quatenus sit semper dn̄e spiritu feruēs. spe gaudens. tuo semper nomini seruiēs: & pduc eum ad noue regenerationis lauacrū: ut cū fidelibus tuis pmissionū tuarū eterna premia cōsequi mereatur. Per.

Deus abrahā de⁹ isaac. deus iacob. deus q moysi famulo tuo in mōte sinay apparuisti deputās ei angelū pietatis tue: q custodiret eos die ac nocte: te q̄s domine: ut mittere digneris sanctum angelū tuū: ut similiter custodiat & hunc famulū tuū. N. & pducat eum ad gr̄am baptismi tui.

Ergo maledicte diabole recognosce sentētiā tuā: & da honorē deo uiuo & uero: da honorē iesu xp̄o filio eius & spūi sancto: ut exeas & recedas ab hoc famlo dei. N. quia istum sibi de⁹ & dn̄s nr̄ iesus xp̄s ad suā sanctā gratiā: & benedictionē: fontēq baptismatis dono uocare dignatus est: & hoc signum sācte crucis quod nos fronti eius damus tu maledicte

diabolem nunq̄ audias uiolare. Per eundem. Super feminas.

Deus celi: deus terre: de⁹ angelorū: deus archāgeloꝝ: deus prophetarū: deus apostoloꝝ: de⁹ martiꝝ: deus cōfessorū: deus uirginū: de⁹ omniū bñ uiuētiū: de⁹ cui oīs lingua cōfitetur omne genu flectit̄ celestiū terrestriū & infernoꝝ te inuoco dñe sup hanc famulam tuam. N. ut perducere eā digneris ad gratiam baptismi tui. Per. Super masculos.

Deus imortale p̄sidiū postulantium liberatio supplicū: pax rogantiū: uita credentiū: resurrectio mortuorū: te inuoco dñe sup hūc famulū tuū. N. qui baptismi tui donum potens: eternā cōsequi gr̄am spūli regeneratione desiderat: accipe eum dñe: & q̄a dignatus es dicere. petite: & accipietis: q̄rite & inuenietis: pulsate & aperietur uobis: petenti p̄miū porrige: & ianuā pāde pulsanti: ut eternā celestis lauacri bñdictionē cōsecut⁹ p̄missa tui mūeris regna pcipiat. p.

Audi maledicte sathana adiuratus per nomē eterni dei & saluatoris nr̄i iesu xp̄i filii eius: cū tua uict⁹ inuidia tremēs gemensq̧ discede: nihil tibi sit cōmune cū seruo dei: iam celestia cogitāti renunciaturo tibi ac seculo tuo: & beate immortalitati uicturo: da igit̄ honorē aduenienti spūi sācto paraclito: q ex sūma celi arce descendēs perturbatis fraudibus tui diuino fonte purgatum pectus. idest sc̄tificatum deo tēplum & habitaculū perficiat: & ab oībus penitus noxiis preteritorū criminū liberatus: seruus dei effectus: gr̄as perēni deo referat semper: & benedicat nomē ei⁹ sanctum in sc̄la sc̄loꝝ. Amē. Super feminas.

Deus abrahā. de⁹ isaac. deus iacob. de⁹ q tribus israel de egyptia seruitu te liberasti: & p moysem famulum tuū de custodia mandatorū tuorum in deserto mōuisti: & susannā de falso crimie liberasti: te supplex domine deprecor: ut liberes & hanc famulam. N. & pducere eam digneris ad gr̄am baptismi tui. De masculis.

Exorcizo te imunde spūs in nomie patris & filii & spūssancti: ut exeas & recedas ab hoc famulo dei. N. ipse enim tibi imperat maledicte damnate: qui pedib⁹ siccis supra mare ambulauit: & petro mergenti dexteram porrexit. Super feminas.

Exorcizo te immūde spirit⁹ per patrem & filiū & spiritum sanctū: ut exeas: & recedas ab hac famula dei. N. ipse enim tibi imperat maledicte dānate: qui ceco nato oculos aperuit: & quatriduanum lazarum de monumento suscitauit. Oratio.

Eternam ac iustissimam pietatē tuā deprecor dñe sancte pater omnipotens eterne deus luminis & ueritatis sup hunc famulū tuū. N. ut digneris eū illuminare lumine intelligentie tue: mūda eū & sanctifica: & da ei sciētiam ueram: ut dignus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui: teneat firmam spē. cōsiliū rectū doctrinā sanctam: ut apt⁹ sit ad pcipiēdam gratiam baptismi tui. Per xp̄m do.

Nec te latet sathana imminere tibi penas: imminere tibi tormēta: imminere tibi diem iudicii: diem supplicii sempiterni: diē q uētur⁹ est uelut clibanus ardēs. in quo tibi atq̧ uniuersis angelis tuis eternus uenies

interitus. proinde dãnate atq; danã
de: da honoré deo uiuo & uero: da
honoré iesu xp̃o filio eius & spiritui
sancto: in cuius nomine atq; uirtute
precipio tibi: quicunq; spiritus im-
munde: ut exeas & recedas ab hoc
famulo dei: qué hodie de⁹ & dñs nr̃
iesus xp̃s ad suã sanctã gratiam & be
nedictionem fontemq; baptismatis
dono uocare dignat⁹ est: ut fiat eius
téplum per aquã regenerationis: in
remissioné omniũ peccatorũ in no-
mine eiusdé dñi nr̃i iesu xp̃i q̃ uentu-
rus est iudicare uiuos & mortuos &
seculum per ignem.

Effeta quod est aperire: in odorem
suauitatis. Tu auté effugare diabo-
le appropincauit eñi iudiciũ dei.

¶ Ad benedictionem aque. Orõ.

OMnipotens sempiterne deus:
adesto magne pietatis tue mi
steriis: adesto sacramentis: & ad re-
creandos nouos populos quos tibi
fons baptismatis parturit: spiritum
adoptionis emitte: ut quod nr̃e hu
militatis gerédũ est misterio: tue uir
tutis impleatur effectu. per dominũ.

¶ Prefatio ad benedicédum
aquam baptismatis.

QVi inuisibili potétia sacramé-
torũ tuorũ mirabiliter opera-
ris effectũ: & licet nos tãtis misteriis
exequendis simus indigni: tu tamẽ
gr̃e tue dona non deserés: etiam ad
nr̃as preces aures tue pietatis incli-
nas: deus cuius spirit⁹ sup̃ aquas inter
ipsa mundi primordia ferebatur: ut
iã tũc uirtuté sanctificatiõis aquarũ
natura cóciperet. Deus qui nocétis
mundi crimina p̃ aquas abluens: re
generationis speciem in ipsa diluuii
effusione signasti: ut unius eiusdẽq;
eleméti mysterio: & finis esset uitiis
& origo uirtutibus. Respice dñe
in facié ecclesie tue: & multiplica in
ea regenerationes tuas: qui gr̃e tue
affluétis impetu letificas ciuitatem
tuã fontemq; baptismatis aperis to
to orbe terrarũ gẽtibus innouandis:
ut tue maiestatis imperio sumat uni
geniti tui gratiã de spiritu sc̃tõ. Qui
hanc aquã regenerandis hoĩbus pre
paratã: archana sui luminis admix-
tione fecũdet: ut sanctificatione cõ-
cepta: ab immaculato diuini fontis
utero in nouã renatam creaturã pro
genies celestis emergat. Et quos aut
sexus in corpore: aut etas discernit
in tempore: oẽs in unã pariat mater
infantiam. Procul ergo hinc: iuben
te te dñe oĩs spiritus immũdus absce
dat: procul tota nequitia diabolice
fraudis absistat. Nihil hic loci habe-
at cõtrarie uirtutis admixtio: non in
sidiando circunuolet: nõ latẽdo sur-
ripiat: non inficiendo corrũpat. Sit
hec sãcta innocens creatura: libera
ab omni impugnatoris incursu: & to
tius neq̃tie purgata discessu sit fons
uiuus: aqua regenerãs unda purifi-
cans: ut oẽs hoc lauacro salutifero
diluẽdi operãte in eis spũ sancto: p̃-
fecte purgationis indulgẽtiam con
sequãtur. unde benedico te creatura
aque per deum uiuũ. p̃ deũ sanctum.
per deum q̃ te in principio uerbo se-
parauit ab arida: cui⁹ spirit⁹ super te
ferebatur in mũdi creatione. Qui te
de paradiso manare fecit: & in quat-
tuor fluminibus totã terrã rigare p̃-
cepit. Qui te in deserto amarã: sua-
uitate indita fecit esse potabilem: &

sitientē populō de petra ꝑduxit: unde benedico te ꝑ iesum xp̄m filiū ei⁹ unicū dn̄m nr̄m: q te in chana galilee signo admirabili sua potētia conuertit in uinū. Qui pedibus super te ambulauit. & a ioanne in iordane in te baptizatus est. Qui te una cū sanguine de latere suo ꝑduxit: & discipulis suis iussit: ut credentes baptizarētur in te dicēs. Ite & docete oēs gentes baptizantes eos in nomie patris & filii. &c. Oratio.

Hec nobis ꝑcepta seruātibus tu deus ōps clemens adesto: tu benignus aspira: tu has simplices aq̄s tuo ore benedictio. ut preter naturalē emundationē quā lauandis possint adhibere corporib⁹ sint etiā purificandis tibi mētibus efficaces. Oratio.

Descēdat i hanc plenitudinē fontis uirt⁹ spūssancti: totāq; eius substantiā regenerandi fecūdet effectu: hic omniū pctōꝝ macule deleātur: hic natura ad imaginē tuā cōdita & ad honorē sui reformata principii cunctis uetustatis scaloribus emūdetur ut oīs homo hoc sacramētum regenerationis ingressus in uere innocētie nouā infantiā renascatur. Per.

Sātificetur & fecūdetur fons iste renascētib⁹ ex eo i uitā eternā. In noie patris & filii & spūssancti. Amen.

Abrenūcias sathane & oibus operibus eius: abrenūcio. Et ego te lineo oleo salutis in xp̄o iesu dn̄o nostro: ut habeas uitā eternā & uiuas in secula seculorum. Amen.

De⁹ oipotēs pr̄ dn̄i nr̄i iesu xp̄i q te regenerauit ex aq̄ & spū sc̄tō: quiq; dedit tibi remissionē omniū pctōꝝ: ipse te lineat in uitā eternam.

Accipe uestē sanctā candidā & imaculatā: quam perferas ante tribunal dn̄i nr̄i iesu xp̄i ut habeas uitam eternam & uiuas in secula seculorum.

Accipe lāpadē ardētē irreprehēsibilē custodi baptismum tuum: ut cum uenerit dn̄s ad nuptias cum omnibus sanctis possis ei occurrere in aula cęlesti: ut habeas uitam eternam & uiuas in secula seculorum.

¶ Dominica in ramis palmarū benedictiones super ramos.

Deus cui⁹ filius ꝓ salute generis hūani de cęlo descēdit ad terras: & appropinquāte hora passiōis sue hierosolyma in asina uenire & a turba rex appellari ac laudari uoluit: bn̄dicere dignare hos palmarum ceterarūq; frondium ramos: ut oēs q eos leturi sunt in manus suas: tuis: ita bn̄dictionib⁹ repleātur: q̄tinus & in hoc seculo hostes antiq testamēta superare. & in futuro cum palmis uictorie: & fructu bonorū operū: tibi ualeant apparere. Alia oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui noe famulo tuo ostendisti diluuii effusionem: & per os columbe gestantis ramum oliue pacem terre reditam nunciare uoluisti: te supplices deprecamur: ut hanc creaturam oliuarū siue ceterarū frondium quā ante cōspectum glorie tue offerimus: potētia tua sanctifices: ut eas deuotus populus in manibus suscipiens benedictionis tue gratiam consequi mereamur. Alia oratio.

Petimus te dn̄e sc̄tē pater ōps eterne deus: ut respicere digneris super hanc creaturam oliue & palme ceterarumq; frondium: quā ex ligni ma-

teria pducere iussisti: cũ columba rediens archam proprio protulit ore: benedicere & sanctificare digneris hos ramos: ut quicunq; ex eis acceperit: sibi ad pfectioné anime & corporis & fiãt nrẽ salutis remedium & tue gratie sacramentum. Alia orõ.

Omnipotens sempiterne de⁹: q dispersa congregas: & congregata cõseruas: qui populis hominum & ramos portantibus benedixisti: bñdic hos ramos palme & oliue ceterarũq; frõdium: quos filii tui ad honorem nominis tui suscipiunt ut quocunq; loco introducti fuerint: tue benedictionis cõsequãtur effectum: ut omni aduersa ualitudine effugata dextera tua protegat: quos redemit. Per dominum. Alia oratio.

Deus eterne unigenitor: q unigenitum tuum dñm nrm iesum xpm a hierico mõteq; oliueti ad hierusalẽ direxisti: cui mirabiliter in uia alii ramos de arboribus cedẽtes: alii oliuarum: alii palmas in manibus ferẽtes. In quibus etiã tria mysteria designantur: uestimenta fidei: q̃ est integritas. ingressio. christi. crudelitas omnium ramus oliuarũ uiridis: sensus ueteris testamẽti. p foliũ. liquor oliue unguẽtũ crismatis ad purgandum animas per lauacrum regenerationis designatur. & per palmam uictoria credentium: a te turbã institutã credimus: q clamantes osanna in excelsis: idest saluifica siue salua nos saluator noster qui es defensor & protector animarũ nrãrũ: omniũq; sperãtium in te: ideo supplices te deprecamur ops eterne de⁹: ut hos ramos seu segetes & germina sanctificare digneris. ut in quocunq; loco portati fuerint: sanctificati efficiantur. ut omnis iniquitas illusiõib⁹ demoniorũ abscõdat: & sola nobis dextera tua auxiliũ p̃stare dignetur. p.

¶ Sequuntur decem precepta decalogi.

In tabulis binis lex
est depicta patrinis.

Unum cole deum. ne iures
uana per illum.
Sabbata sanctifices. charos uenerare parentes.
Noli mechari. noli de cede notari.
Furta caue fieri. non sis testis nisi ueri.
Non cupias nuptias. nec queras res alienas.

¶ De septem articulis diuinitatis.

Articulus prim⁹ monstrat q̃ sit unus deus.
In patremq; sequens dicit q̃ credere debes.
Tertius in natum te cogit credere christum.
Quartus te cogit in sanctum credere pneuma.
Credas in quinto deitate cũcta creasse.
Sextus ait crede. dominus peccata remittet.
Omnes surgemus septenus dicit aperte.

¶ De septẽ articulis humanitatis.

Conceptus. natus. passus. descendit ad ima.
Surgit. & ascendit. ueniet discernere cuncta.

¶ De septem sacramentis ecclesie.

Abluo. firmo. cibo. piget. uxor. ordinat. ungit.

¶ De septem operibus.
misericordie spiritualibus.
Cōsule. carpe. doce. solare. remit-
te. fer. ora.
¶ De septem operibus misericor-
die corporalibus.
Visito. poto: cibo. redimo. tego.
colligo. cōdo.
¶ De septem peccatis
mortalibus
Laudis amore rumens miseraq; cu
pidine auarus.
Inuidus. iracūdus. iners. gulosus.
amaror.
¶ De tribus uirtutibus.
theologicis.
Christicole uirtutus amor est tibi.
spesq;. fidesq;.
¶ De quattuor uirtutibus
cardinalibus.
Est iustus. fortis. est prudēs atq; mo-
destus.
¶ De quinq; sensibus corpo
reis.
Visus. odoratus: cum gustu. tactus
& auris.

Incipiūtur lectiones ꝓ d̄functis.

Lectio prima.

PArce mihi domine: nihil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum: aut quid apponis ergā eum cor tuum? Visitas eum diluculo: & subito probas illū. Vsq;quo non parcis mihi: nec dimittis me: ut glutiam saliuam meā? Peccaui. Quid faciam tibi: o custos hominum? Quare me posuisti contrarium tibi: & factus sum mihi metipsi grauis? Cur nō tollis peccatum meum: & quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormiā: & si mane me quesieris non subsistam. ℟. Credo ꝙ redemptor meus uiuit: & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et in carne mea uidebo deum saluatorem meū. ℣. Quē uisurus sum ego ipse & non alius & oculi mei conspecturi sunt.

Lectio secunda.

TEdet animā meā uite mee: dimittā aduersum me eloquium meum. Loquar in amaritudine anime mee: dicam deo. Noli me condēnare. Indica mihi: cur me ita iudices? Nunquid bonum tibi uidetur si calūnieris & oprimas me: opus manuum tuarum: & consilium impiorum adiuues? Nūquid oculi carnei tibi sūt: aut sicut uidet homo & tu uides? Nunquid sicut dies hominis dies tui: & anni tui sicut humana sunt tēpora? Vt queras iniquitatem meam: & peccatum meum scruteris. Et scias quia nihil impium fecerim: cum sit nemo qui de manu tua possit eruere. ℟. Qui lazarum resuscitasti a monumento fetidum. Tu eis domine dona requiem & locum indulgentie. ℣. Qui uēturus est iudicare uiuos & mortuos & seculum per ignem.

Lectio tertia.

MAnus tue fecerunt me & plasmauerūt me totum in circuitu: & sic repente precipitas me. Memēto que so q sicut lutū feceris: & in puluerē reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me: & sicut caseum me coagulasti? Pelle & carnibus uestisti me: ossibus & neruis compegisti me. Vitam & misericordiā tribuisti mihi: & uisitatio tua custodiuit spiritum meum. ℟. Requiem eternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Anime eorum in bonis demorentur & semen eorum hereditet terram.

Lectio quarta.

REsponde mihi: quātas habeo iniquitates & peccata: scelera mea & delicta ostende mihi. Cur faciē tuā abscōdis: & arbitraris me inimicū tuū? Contra foliū quod uento rapitur ostēdis potentiā tuā: & stipulā siccā psequris. Scribis eni cōtra mē amaritudines: & cōsumere me uis peccatis adolescētie mee. Posuisti in neruo pedē meū: & obseruasti oēs semitas meas: & uestigia pedū meorū cōsiderasti. Qui quasi putredo cōsumēdus sum: & q̄si uestimētū qd' comeditur a tinea. ℟. Heu mihi dn̄e quia peccaui nimis in uita mea. qd faciā miser ubi fugiā nisi ad te de⁹ me⁹ miserere mei. Dū ueneris in nouissimo die. ℣. Anima mea turbata est ualde: sed tu dn̄e succurre ei.

Lectio quinta.

HOmo natus de muliere breui uiuens tēpore: repletus multis miseriis. Qui q̄si flos egredit & cōteritur: & fugit uelut umbra: & nūquā in eodē statu permanet. Et dignū ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos: & adducere eū tecum in iudicio. Quis potest facere mūdū de imundo cōceptum semine: nōne tu qui solus es? breues dies hois sunt: & numerus mensiū eius apud te est. Constituisti terminos eius q p̄teriri nō poterūt. Recede ergo paululū ab eo: ut quiescat donec optata ueniant: & sicut mercenarii dies eius. ℟. Ne recorderis pctā mea dn̄e. Dū ueneris iudicare seculū p ignem. ℣. Dirige dn̄e deus meus in conspetu tuo uiam meam.

Lectio sexta.

QVis mihi hoc tribuat ut in inferno protegas me: & abscondas me donec ptranseat furor tuus. & constituas mihi tēpus in quo recorderis mei? Putasne mortuus hō rursum uiuat? Cūctis diebus quibus nunc milito expecto donec ueniat immutatio mea. Vocabis me & ego respōdebo tibi. Operi manuum tuarū porriges dexterā. Tu qdē gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis. ℟. Libera me dn̄e de uiis inferni q portas ereas confregisti & uisitasti infernū: & dedisti eis lumē. Vt uiderēt te q erāt in penis tenebrarum. ℣. Clamantes & dicentes aduenisti redemptor mundi.

Lectio septima.

SPiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabuntur: & solum
mihi super est sepulchrum. Non peccaui: & in amaritudini
bus moratur oculus meus. Libera me domine: & pone me
iuxta te: & cuiusuis manus pugnet contra me. Dies mei trã⸗
sierunt cogitationes mee dissipate sunt torquentes cor meũ
Noctem uerterunt in diem: & rursum post tenebras spero lucem. Si susti⸗
nuero infernus domus mea est: & in tenebris straui lectulum meum. Pu⸗
tredini dixi: pater meus es: mater mea & soror mea uermibus. Vbi est er⸗
go nunc prestolatio mea & patientia mea? Tu es em̃ dñe deus meus ℞.
Peccante me quotidie & non me penitente timor mortis cõturbat me.
Quia in inferno nulla est redemptio miserere mei deus & salua me. ℣.
Deus in nomine tuo saluum me fac: & in misericordia tua libera me.

Lectio octaua.

PElli mee consumptis carnibus adhesit os meum: & derelicta
sunt tantummodo labia mea circa dentes meos. Misereni⸗
ni mei miseremini mei saltem uos amici mei: quia manus
domini tetigit me. Quare ergo persequimini me sicut deus:
& carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat ut scriban⸗
tur sermones mei? Quis mihi det ut exarentur in libro stilo ferreo & plũ⸗
bi lamina uel celte sculpantur in silice? Scio enim ꝙ redemptor meus ui⸗
uit & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et rursum circundabor
pelle mea: & in carne mea uidebo deum saluatorem meum. Quem uisu⸗
rus sum ego & ipse: & oculi mei conspecturi sunt & non alius. Reposita
est ergo hec spes mea in sinu meo. ℞. Memento mei deus quia uentus est
uita mea. Nec aspiciet me uisus hominis. ℣. De profundis clamaui ad te
domine: exaudi uocem meam.

Lectio nona.

QVare de uulua eduxisti me: qui utinam consumptus essem
ne oculus me uideret? Fuissem quasi qui non essem de ute⸗
ro translatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum
meorum finietur breui? Dimitte ergo me domine ut plan⸗
gam paululum dolorem meum: anteq̃ uadam & nõ reuer⸗
tar ad terram tenebrosam: & opertam mortis caligine. Terram miserie
& tenebrarum ubi umbra mortis & nullus ordo: sed sempiternus horror
inhabitat. ℞. Libera me domine de morte eterna in die illa tremenda:
quando celi mouendi sunt & terra. Dum ueneris iudicare seculum per
ignem. ℣. Dies illa dies ire calamitatis & miserie dies magna & amara
ualde. ℣. Tremens factus sum ego & timeo dum discutio aduenerit adq̃
uentura ira.

cunq; modo ego miserrimus peccator in his omnibus peccauerim. dico meam culpam: & rogo a deo ueniam: & precor beatissimã uirginem Mariam cũ omnibus sanctis: & te pater ut oretis pro me dominũ iesum christum peccatorum meorũ ueniam: si plura occurrerẽt: libenter confiterer. A te autem pater mi suppliciter peto: ut a peccatis me absoluas: & sacrosancte ecclesie me restituas. Quid est peccatũ? Precepti diuini inobedientia. Quid est delictum? Est boni quod fieri oportuit omissio: sed differentia peccati & delicti plerumq; cõfunditur. Quotuplex est peccatum? Triplex? Quomodo? Originale a protoplasto: quod baptismate deletur: ueniale quod uenia non caret etiã sine cõfessione. Et mortale quod sine confessione & penitentia ad eternam mortem ducit. Quod sunt peccata mortalia? Septem: que? Superbia: ira: innidia: gula luxuria acidia & auaricia. Que sunt peccata in spiritũ sanctũ? Pertinax agnite ueritatis impugnatio. Quia deus misericors est peccatis. uenie a deo impetrande desperatio: in malis obstinatio. proximi uirtutis odium & inuidentia: penitentie contemptus. Que sunt peccata aliena? Ad mala patranda iussio: irritatio: consensus: cõsiliũ: laudatio: permisso: confugium: & participatio. Que sunt peccata corã deo uindictã poscentia aut clamãtia. homicidiũ peccatu sodomiticũ: uel cõtra naturã pauperũ oppressio: mercedis detentio. Que sunt circũstãtie pctã aggrauãtes? Ordo loc⁹: sciẽtie: temp⁹: etas: condicio: numerus: mora: copia: causa: modus: dignatas: pusilla resistentia. ¶ Quod sunt fidei articuli? duodecim. qui? In apostolorum symbolo hunc in modum qui si locantur.

¶ Petrus. Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi & terre. ¶ Andreas. Et in iesum christũ filiũ ei⁹ unicum dñm nrm. ¶ Iacobus maior. Qui concept⁹ ẽ de spũ sctõ: natus ex maria uirgine. ¶ Ioãnes. Passus sub pontio pilato: crucifixus mortuus & sepultus. ¶ Thomas. Descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis. ¶ Iacobus minor. Ascendit ad celos: sedet ad dexteram dei patris omnipotẽtis. ¶ Philipp⁹. Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos. ¶ Bartholomeus. Credo in spiritum sctũm. ¶ Matheus. Sanctã ecclesiam catholicã: sanctorum comunionẽ. ¶ Simon. Remissionem peccatorũ. ¶ Iudas thade⁹. Carnis resurrectionem. ¶ Mathias. Vitam eternam. Amen.

¶ Quod sũt ecclesie pcepta? quinq;: que? Festis audire sacrificium quã missam uocant. Semel ut minimũ uno quoq; anno confiteri. Sacrã euchariftiã reuerẽter paschate sumere. Festa publica celebrare: ieiunia quattuor temporum cũ uigiliis & qdragessima diligẽter obseruare. Quod sunt sacramẽta? Septẽ: q? Cõiugiũ sacerdotiũ: baptism⁹: confirmatio. sacrosancta eucharistia: cõfessio: postrema unctio. ¶ Quod sunt dona spũs scti? septẽ: q? sapiẽtia. sciẽcia: itellect⁹: cõsiliũ: fortitudo: pietas: timor dñi. Quot sunt opera misericordie spiritualia? septẽ. q? Peccãtẽ corrigere. dubitanti

recte consulere. ignorãtẽ docere. mestũ cõsolari. iniurias ferre. delinquẽti ignoscere. p salute pximi orare. Quot sunt corporalia mie opera? Septẽ: que? Egrotos uisitare: egrum necessariis donare. captiuũ redimere. nudũ uestire. peregrinũ hospitari. mortũ sepelire: & ut summatim dicã. cũctis miseriis subuenire. p uiribus & compati. Quot sunt beatitudines? Octo: que? Cõtinẽtur pulchre in his dei nri iesu xpi uerbis mellitissimis.

¶ Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorũ est regnum cęlorum. ¶ Beati mites: qm ipsi possidebũt terrã. ¶ Beati qui lugẽt: qm ipsi cõsolabuntur. ¶ Beati qui esuriũt & sitiũt iusticiã: qm ipsi saturabũtur. ¶ Beati misericordes: qm ipsi miam consequẽtur. ¶ Beati mũdo corde: qm psi deũ uidebunt. ¶ Beati pacifici: qm ipsi filii dei uocabuntur. ¶ Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam: qm ipsorum est regnum cęlorum.

¶ Quot sunt uirtutes cardinales? quattuor. que? Iusticia. prudentia. temperantia. fortitudo. Quot sunt uirtutes theologice? tres: que? Fides. spes. charitas. Quot sunt sensus? quinq;: que? Visus. auditus. olfatus. gustus. tactus. Quot sunt antique legis precepta? decem: que? his Aldi uersibus que declarantur elegantissime.

i.ex t[...]o corde. i.honora.
[...]te deum tota uenerare: & semper adora.

[...]ecepta decalogi sunt decem: q̃ habẽtur in exodo. capite vicessimo ¶ Primũ precep[...]a est. Non habebis deos alienos coram me.

i. sine optima cã sup. per. i. maiestatẽ i. d[e]uorũ dei: sc; & sanctorum.
Non iures frustra sanctissima numina diuum.

¶ Secundum preceptum Non assumes nomen domini dei tui in vanum. Nec enim habebit in sontem dominus eum qui assumpserit nomen domini dei sui frustra.

i. preterea i. aliquid. i. operari.
Hinc caueas festis quicq̃ exercere diebus.
i. prohibitum. sup. tu i. multum honora patrem & matrem.
Quod uetitum est Magno pius affice honore parentes.

¶ Tertium preceptum est. Memento vt diem sabbati sanctifices. i. omnẽ diẽ festũ: quẽ publice celebrari sancta ecclesia precipit. ¶ Quartum preceptum est: honora patrem tuum & matrem tuam: vt sis longeuus super terram.

i. interficias i. falsus.
Non hominem occidas. Nunq̃ furare: malignus.
i. et sup. tu. i. caue.
Esse caue testis. Necnon bonus effuge lectum.
i. violare. sup. hois i. nuptias i. maculare. i. maritales.
[...]utere alterius. Tędas fœdare iugales.
[...]lum ne per legem.
[...]odo neu turpis sis lege iuberis adulter.
[...] nupta quidem alterius tibi mente petatur.

tet. concupiuisse.

Cuncta aliena (bonus quo sis) cupiisse caueto.

¶ Quintum preceptum. Non occides. Sextum. Nō moechaberis. Septimū. Non furtum facies. Octauum. Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium. Nonum. Non concupisces domum proximi tui. Decimum. nec desiderabis vxorem eius non seruū. non ancillam. non bouem. non asinum: nec omnia que illius sunt. Teda est fax. sponse cum tedis nubentes ad maritum nocte ducebantur: vnde vir ducere vxorem dicitur: et tedas ꝓ nuptijs capimus.

Hec quicunq; decem summi precepta tonantis.

i. christianus. i. seruauerit. i. molestis absolutus.

Christicola ut debet seruarit: carcere liber.

i. ad regnum celorum i. illico ascendet.

Corporis ad coeli foelicia tecta uolabit.

i. ilaris i. perpetue qui carebit. i. fructur gaudio.

Letus & eternum cariturus morte quiescet.

¶ Quisquis christianus dominum deum suum ex toto corde suo: et ex tota anima diligens hec decē omnipotētis dei mādata seruauerit: ex lachrimarū valle ad vitam ducetur eternam: quam nobis donare dignetur mitissimus dn̄s deus noster iesus xp̄s. Amen.

Idem.

Ingratus ne sis iuuenis quin pectore toto
Per soluas grates qui tibi pressit opus.